n ¶ Ipis: hoc ideo dicit: qa si tūc aliq̄ ꝓuētualis ecclesia vacasset. ꝑ ea nullus potuisset admitti sede vacāte: qz tūc nō ē q iura illius tueaē: vel eis possit: vt. ĵ. ne sede vacā. c. i. ⁊. ii. ⁊. ĵ. de ꝑscrip. de q̄rta. tūc enīz dormit ius ecclesie ita qꝺ nō currit ꝑscriptio. ĵ. de ꝑscrip. auditis ⁊. c. i. ⁊. c. de q̄rta. nec ad capitula ī ius illud devoluiē. ĵ. ne sede vacā. c. ii. ar. ꝯ. ĵ. ō ma. ⁊ obe. bis: ⁊. c. cū olim. qb⁹ forte stare tur in casu isto: qa diuersi sunt isti casus a ꝓcedētib⁹: sz hec littera infert contrarium.

o ¶ Jnstitutis: que habes. ĵ. e. ti. nihil est.

p ¶ Maiorē: hic hēs qꝺ electio semꝑ ꝓualet postulationi ſm illos q dicūt: qꝺ hec est iuris diffinitio: nisi due ptes sint ī postulatione. de hac materia dcm̄ est. š. de postul. bone memorie. ⁊ ideo stat ꝫ iudicio duaꝝ ptiuz: qz qō due ptes faciūt: totuz capitulū facē videē: ⁊. ff. qꝺ cuiusqz vniuer. plane. ⁊ ſm hanc de cre. ītelligit qꝺ dicit decre. š. de postu. bone. qꝺ postulatio in discordia nō ꝓsueuit admitti: hoc ītellige. put ꝺ in notula sequēti. Jtē no. ꝫ qꝺ cū in electiōe lōge maior numerus ē ex vna ꝑte q̄ ex alia: nō habeē respectus ad meritū ꝑsone: dūtūm sit cōueniēs ille q ē elect⁹ a maiori pte. nec ad zelū eligētiū: ar. š. e. duduz: ⁊. ĵ. de ap. ꝓstitutus. sed si numerus in modicuz excedat: tūc recurriē ad merita ⁊ ad zelū ⁊ ꝑferunē numero: ar. ĵ. de testi. in nostra. ⁊ est exp̄ssum. ĵ. e. ecclesia vestra. vbi de hoc.

q ¶ Confirmes: ¶Dic dicit papa electionē a minori pte capituli factā ꝓfirmari: ⁊ tñ ps alia nō ē eligēdi ptāte ꝑuata: qz nō postulauerat indignā ꝑsonā: ⁊ de iure licite poterant postulare sicut ⁊ eligere ⁊ ita postulando nō peccāt: ergo ius eligēdi non fuit devolutū ad pauciores: qō tūc demū locū hz cū maior ps scienē postulat vl eligit indignuz: vt in fi. decre. ꝺ. Et ideo ꝯ. ĵ. e. cumana: ⁊ in. c. ecclesia: ⁊. c. in genesi. in qb⁹ ꝺ qō electio nō vz: nisi sit facta a maiori pte capituli: ⁊ ꝫ ꝓfirmatur: facta cū lōge minori pte. ¶Propter hec ⁊ alia q̄ ꝫ dicunē. Dicūt qdā qꝺ hec decre. ius cōe nō ꝓtinet: sz fuit q̄dā ꝑuisio de ꝓsensu ptiū. ⁊ hoc videē ꝑ v̄ba illa supius si ptes ꝓsenserint hoc m̄ō ꝓcedas: ⁊ ex eo qꝺ papa admittit ꝫ postulationē in discordia factā: cū ꝑ eā nullū ius acqriē postulato. š. de postu. c. pe. ⁊ qz si ꝓsueuit admittere tales postulatiōes in tāta discordia. š. de postu. bone. Et ita in his duob⁹ ꝓtinet gr̄am qō satis pōt ꝓcedi. Et ita videē qꝺ vtraqz ps renūciet iuri suo: ⁊ qꝺ dicit de ꝓsensu ptiū: talr̄ ꝓcedaē: vt. š. ꝺ in v̄bis p̄missis: si partes ꝓsenserint ⁊c. alias si ꝯdicerēt nō talr̄ ꝓcessissent: sz facta ingsitione sup his de q̄bus p̄mittit: cām ī̄structā remisissent ad papā hoc ꝓbaē. š. e. bone. in pte decisa sed vbi due ptes postulāt aliquē: lz ius nō acqraē postulato vt agē possit: tñ pōt petē gr̄am ⁊ iniuria fit ei si nō fiat illa gr̄a: ar. ff. de aq̄ quoti. ⁊ esti. l. i. §. pmittiē. de hoc no. š. de postu. gratū: ⁊. c. pe. ⁊ vl. Et idē crederez si maior ps postu-

lat: ꝙ gratiã deberet habere. Et qꝫ dicit de duabus partibus: nõ credo necessarium: sed q̃dam prouisio fuit hic: vt dictum est: qꝫ siue maior pars ⁊ sanior: siue due partes siue oẽs totum dependet a superiore: sed qꝫ in fine dicitur: ius est.

a ¶ Maior: ⁊ ita videt a ꝯrario ꝙ si minor pars capituli sciuisset illum esse indignum: alii nõ punirent propter hoc. ⁊ ita est hic: ar. ꝙ vtile non vitiatur per inutile: sic. s. c. pri. Et est notabile illud: ꝙ culpa ⁊ dolus minoris partis nõ nocet: nec ea q̃ fiunt a minori parte irritat propter hoc: ⁊ isti soli priuati essent ipso iure eligendi in prima electione: si alii nõ eligissent. s. e. cum in cũctis. ⁊ b ⁊ alii admitterent: dum tamen probarent ignorantiam. s. eo. innotuit. Et si maior pars ignorasset illum indignum: utraqꝫ pars debet reprobari a ꝯrario: vt dicitur. s. ⁊ quod dicitur hic ꝙ electio facta a maiori parte confirmetur: quãdo maior pars postulantium scienter eligit indignum intelligitur quando vno ꝯtextu fiunt postulatio ⁊ electio seu electiones: vt hic ꝯtingit: secus si ex interuallo. tunc. n. illi soli: qui scienter postulant: vel eligunt indignum: sunt eligendi seu postulandi potestate priuati: ⁊ illi qui ignoranter postulauerunt seu elegerũt indignũ: debent ab aliis ad electionẽ admitti: alias deberet electio cassari: propter ꝯemptum. vt dicitur. s. in eadem notula.

b ¶ Postulata. i. ignoranter.

c ¶ Presumptione. i. ex certa scientia. s. e. innotuit. Sꝫ qualiter potuit esse dignus iste postulatus archiepiscopatu ⁊ indignus patriarchatu: ⁊ qui iudicatus fuit dignus a papa vel a suo patriarcha quando confirmauit eum quare denuo inquiri iubet de moribus suis contra illud. xvii. q. iiii. §. qui autem: ⁊. C. de cri. fal. l. §. ii. ⁊. ĩ. de eta. ⁊ quali. accepimus? Dico ꝙ licet quis reputetur dignus ad vnã dignitatem: propterea non est dignus ad maiorem. licet enim dispensetur cum aliquo in minori dignitate non tamen dispensatur ad maiorem. xii. distinctione nos consuetudinem.

d ¶ Priuari: istud referas: ad factũ: cum sint ipso iure priuati. s. e. cum in cunctis. illi. s. qui scienter hoc fecerũt. Vel dic. i. nisciati priuati.

e ¶ Confirmes: cum sit facta a maiori parte illorum: qui habebant ius eligẽdi

NE pro defectu. ¶ Primo ponitur ꝓstitutionis causa. Secundo constitutio ibi. statuimus. Et hec decre. quattuor facit nam primo statuit tps electioni. Secundo priuat negligentes ibi: infra quod. Tertio ad superiorez deuoluit ibi: ac ipsa. Quarto punit superiorem si negligit ibi: is vero. Abbas.

f ¶ Cathedralis: quãtum ad hoc nihil additur: quia idem erat ꝑm antiqua iura. l. di. postq̃: ⁊. lxiii. di. obeuntibus. ⁊ alii tres dantur ad consecrationem petendam. c. di. quoniam quidem.

g ¶ Regularis: Et sic patet ex hac constitutione: ꝙ canon lateranẽ. cõcilii. ĩ. de concess. preben. nulla. hodie non extenditur ad regulares prelaturas: qꝫ hic egperatur epatus ⁊ prelature regulares simile. xvi. q. vlti. siquis deinceps.

h ¶ Impedimento: ⁊ ita non currit prescriptio contra canonicos: si iusta causa ĩteruenient nõ eligant. xxviii. di. de syracusane: ⁊. lxi. di. bene nouit: ⁊. ĩ. de cõcess. preben. quia diuersitatem. C. de inoffi. testa. l. contra maiores. ff. q. ex cau. ma. l. ꝙ quidam: ⁊. l. sequẽ. ⁊. l. ait pretor. Sed si papa interdiceret electionez: non minus currit ei tempus nisi petant licentiam eligendi infra tempus statutum. ĩ. e. c. vlti. Sed nunquid est hic necessaria protestatio: ꝙ non possint eligere infra tres mẽses: qõ videtur. ĩ. de of. or. pastoralis. in fi. ⁊. ĩ. de ap. si iustus metus. nõ credo ꝙ necessaria sit in casu isto protestatio: qꝫ debent petere licẽtiã: ⁊ si nõ petant sunt in mora: vt ibi dicit.

i ¶ Ea vice. i. in prima electione: que si cassaret. vel si nollet venire: vel si eligeretur indignus: statim recuperarent ius suum. s. e. cum vintonien.

k ¶ Deuoluatur: olim nõ deuoluebatur ad primum superiorem. ĩ. de concess. preben. dilectus. sed ad papam in episcopatibus. ⁊ sic reducitur ad ius cõmune aliarz dignitatum: vt sicut ibi. post sex mẽses: ita hic vt post tres deuoluatur ad proximum superiorem. ĩ. de cõcess. preben. c. nulla.

l ¶ Consilio: Sed nunquid tenetur semper habere consilium capituli sui: ut alias non valet electio: nisi habito consilio capituli ⁊ assensu? videtur ꝙ sine illis eligere non possit: sicut nec alia negocia debet facere sine illis. ĩ. de his que fi. a prela. sine consensu capituli. nouit. ⁊. c. quãto. ⁊ quasi per totum: arg. ĩ. c. cum in veteri vbi cassatur electio. quia non fuit expectatum respõsum eorum: de quo

stulantiũ inuẽtus fuerit duplo maior: [a] quẽadmodũ ꝓdictũ est: ⁊ ꝑsona postulata [b] repta fuerit indigna tu tam postulationẽ quã electionẽ nõ differas reprobare. ¶ Nisi forsan oẽs: aut maior pars postulantium ꝓsumptione [c] dãnabili postulauerit scienter indignũ. vt hac vice merito debeãt eligendi seu postulãdi ptãte priuari [d]. Et hoc quoqꝫ casu electionẽ ꝯfirmes [e] si eã de ꝑsona idonea ꝯstiterit celebrataz.

Idem in concilio generali.

¶ Si illi ad quos spectat electio negligunt eligere prelatum cathedralis vel regularis ecclesie infra tres menses, primus supior eccleſiã ordinabit qꝫ si infra tres alios mẽses nõ fecerit canonice punietꝫ.

NE pro defectu pastoris gregez dominicũ lupus rapax inuadat: aut in facultatibus suis ecclesia uiduata graue dispendium patiat volentes in hoc etiã occurrere periculis animarz ⁊ ecclesiarz indẽnitatibus, puidere. ¶ Statuimus: vt vltra tres menses cathedralis [f] ecclesia vel regularis [g] plato nõ vacet infra quos iusto impedimẽto [h] cessante si electio celebrata nõ fuerit: q eligere debuerant: eligendi potestate careãt ea [i] vice. ¶ Ac ipsa eligendi ptãs ad eum: qui primo preesse dignoscit: deuoluat [k]. ¶ Is vero ad quẽ fuerit deuoluta ptãs deuz preoculis habens non differat vltra tres menses cũ ꝯsilio [l] capituli sui ⁊ aliorz virorz prudentiũ viduatã ecclesiam de ꝑsona idonea. ipsius [m] quidem ecclesie vel alterius: si digna non reperiat in illa canonice ordinare si canonicam voluerit fugere vltionem.

Idem in eodem.

¶ Per aliquã de tribus formis hic ꝯtentis. s. scrutinij cõpromissi ⁊ inspirationis procedi dz ad electionẽ in ecclesijs cathedralibus. aliter electiõ celebrata non valet. Et ꝯtrafaciẽtes puniendi sunt ea vice potestate eligendi hoc dicit. vsqz ad. §. illud.

QUia ꝓpter diuersas electionum formas quas qdã inuenire conant ⁊ multa impedimenta, pueniunt ⁊ magna pericula imminent ecclesijs viduatis [n]. ¶ Statuimus vt cũ electio fuerit celebrãda pñtibus oĩbus q ỹbẽt [o] ⁊ volũt [p] lum deuoluatur electio: ⁊ non ad capitulum. cõsilium vero aliorum nõ inducit necessitatem: sed de honestate requiritur.

m ¶ Ipsius scilicet vacantis. Hic precipit vt de eadem ecclesia eligat Sed nõne ad metropolitanum deuoluit idem ius quod habuit capitulum: sed capitulum potuit eligere undecunque vellet. s. eo. cum ĩter canonicos: ⁊. ca. cum nobis: ⁊. c. in causis. ergo ⁊ metropolitanus. Dico ꝙ primo debet inquirere personas ecclesie vacantis: ⁊ eligere de gremio ipsius ecclesie: ⁊ illud debuit fieri ꝑ illa iura. lxi. distinctiõe. c. obituz. ⁊. c. nullus. ⁊. xviii. q. ii. quaz sit. sed si hoc nõ fecerit: nihilominus valebit electio. nã multa fieri non debent facta tamen manẽt. xxvii. q. i. nuptiarum. ⁊. xxvii. distin. si vir. ⁊ nusquam inuenies ꝙ propter hoc cassetur electio. De hac materia tractatur. s. e. cũ inter canonicos. Sꝫ quare dicitur hic ꝙ metropolitanus eligat de eadem ecclesia: cuz ipsi perdiderint ius eligẽdi?

¶ Rñ. ipsi perdiderũt ius eligendi actiue. i. qꝫ ipsi nõ possunt eligere: sed nõ passiue: qꝫ bene possunt eligi: ⁊ satis puniũtur in hoc ⁊ nõ debẽt propter hoc dupliciter puniri: qꝫ pene restringẽde sũt de pe. distĩ. i. §. pene. ¶ Dic habes ꝙ qui eligere nõ possunt eligi possunt. Sed cõtra aliq possunt eligere: sed nõ eligi. ĩ. de cleri. excõmuni. mi. si celebrat. hic priuat negligentia eos potestate eligendi: ibi nõ. Et ibi ideo non possunt eligi: qꝫ nõ habent id, ꝓpter quod eligũtur: hic bene habent executionez sacramentorum.

QUia propter. ¶ Hec decretalis est multum famosa ⁊ principalis in titulo. Diuidit principaliter in duas partes. In ꝓma ponitur ꝓstitutionis causa. In secũda ꝓstitutio ibi: statuimus ⁊ hec secũda pars subdiuidit in tres partes. Nam primo tria ponit principaliter statuta ⁊ secũda pars ibi: illud tertia ibi: electiones. Et iterum illa secunda statuimus subdiuiditur in quinqz partes. Nam primo ponit formã scrutinii in electionibus celebrãdis. Secũdo compromissi. Tertio cassat electiones alias factas. Quarto excipit in qua exceptione includit formam diuine inspirationis. Quinto eligẽtes ꝓtra formas supꝫscriptas mandat priuari. Secunda ibi: vel saltem. Tertia ibi: aliter. Quarta ibi: Ni si. Quinta ibi: Quia ỹo. Abbas siculus.

n ¶ Viduatis: per hoc videtur ꝙ loquitur tantum de electionibus prelatorum. i. episcoporum nõ canonicorum. Sed nũquid ertẽdemus istam cõstitutionem ad oẽs dignitates etiam ad nõ cathedrales ⁊ ad plebanatus ⁊ ad alias dignitates: que prelatos habẽt in ecclesijs collegiatis. nõ videtur: cum ecclesie propter illas dignitates nõ dicãtur viduate cũ habeant episcopum: satis potest dici: ꝙ nõ extenditur ad alias dignitates: sed tantum ad episcopatus ⁊ regulares prelaturas: vt. s. eo. ne pro defectu. tamen de facto bene extenditur ad alias dignitates: ⁊ de iure etiaz bene potest intelligi constitutio ista de illis prelatis qui habẽt iurisdictionem generalem in ecclesijs collegiatis: quia tales prelati sponsi quodã modo appellantur. xxi. questione secunda sicut in vnaquaqz. sed non debet intelligi de dignitatibus seu personatibus in ecclesijs cathedralibus quia in vocatione illarum dignitatum non dicitur ecclesia viduata: cuz habeat epm qui solus est ibi maritus. Ber.

o ¶ Qui debent. Hoc ideo dicit: quia oẽs qui habẽt ius in electione: sũt vocandi. s. eo. ꝙ sicut. Et qui sunt in quieta possessione eligendi simul sunt vocandi. s. eo. ꝙ sicut. c. coram: ⁊. c. bone. ⁊ de consuetudini. si qua est. ĩ. de cau. pos. cum ecclesia.

p ¶ Qui volunt: bene dicit qui volunt: qꝫ siquis nõ vult interesse electio

ri:alii procedere possunt sine illo postq̄ constiterit.s.eo.q̄ sicut:⁊.c.cuz nobis:⁊ arg.ĵ.e.ecclesia vestra.vbi de hoc dicitur:⁊ sic omnes vocandi sunt qui cōmode possunt vocari.qui sunt vocandi dictum est.s.e. coraz: ⁊.ĵ.e. in genesi.

z ¶ Cōmode.hoc ideo dicit qz si cōmode ⁊ sine periculo vocari non possunt:non sunt vocandi .s.e.q̄ sicut.§.i.

b ¶ De collegio. p hoc videt dici occasio discordie: qa facilius possent ipsi cōcordare in vnam personam:quam assumant in prelatum: quā in istos tres ⁊ si discordant canonici in eligendo istos tres: eque ĩqui ret de meritis ⁊ zelo eligentium:sicut in electione episcopi. Dico q̄ in istis inquisitoribus non requiritur illa examinatio:qz ipsi nō eligunt.ſ inquirunt vota fratrū: ⁊ hoc pōt fieri p quoslibet ō capitulo dūtm̄ sint viri digni:⁊ causa ingstionis secrete fiat:qz quidam forte timore vel fauore timent aliquē nominare in publico:quez nominant in secreto:⁊ libere nominat quē vult Libera.n.debet esse vo luntas in eligendo.viii.q.ii. dilectissimi:⁊.s.e.bone.⁊.ĵ.c.proꝛi.sicut in matrimonio carnali.ĵ.de sponſ.cum locum.⁊ preterea. per hoc obuiat malitijs quorundam:qui statim eligebant ⁊ appellabant ne alii eligerent .s.e.considerauimus.per istam constitutionem malitiis ⁊ cauillationibus talium obuiatur.

c ¶ Secrete. Sicut testes in secreto deponere debent: vt liberius dicant veritatem:alias non valet dictum testis.ĵ.de testibus.venerabili.⁊.C. de testi.nullum:⁊.ĵ.de accu.inquisitionis.§.tertio.alias non valet nisi fiat secrete.

d ¶ Redacta.per ipsos scrutatores: vel per tabellionem.⁊ q̄ dicit secreto capitulum tantum excluditur:⁊ nō psone necessarie.

e ¶ Mor.i.incontinēti nullo actu ꝓtrario intermedio post vota quesita ⁊ vno cōtextu: sicut testamentū.ff. de testa. heredes palam.in fi. optime ponit sensum istius mor.ĵ.e.cum post petitam. vbi cassatur electio:qz statim post collationem celebrata nō fuit.ar.ĵ.de testi.cogen. preterea q̄q̄z mor aliter accipit.i.statim cum quodaz temperamento.ꝛ.dicrū.ff.de cōsti.pecu. promissor.⁊ mor quādoq̄z dicit ad annum.xx.q.ii.si in qualibz ⁊.c.puella:⁊ cum quodaz temperamento siue spacio .ff. de solu.qō dicimus.ff.ad.l.fal.l.i.§.si ita.Item quandoq̄z cumprimum potuit.ff. ad tertul.l.ii.in.§.istem confestim.⁊ illico.i.vsq̄ ad triduum.C.de iudi.cuz specialis:⁊.C.de errore aduo.l.ulti.

f ¶ Publicent.postquā publicationē variare nequeunt electores.ĵ.e.publicato.⁊ ideo locum non habet appellatio:immo cōpellendi sunt ad electionem:vt.ĵ.e.publicato.

g ¶ Collatione.s.numeri ad numerum:ut sciat in quē maior pars cōsentit ⁊ zeli ad zelum ⁊ meriti ad meritum ⁊ numeri ad numerum debet fieri collatio.hoc.n.est forma electionis:quando duo electi sunt.alias quando vnus.⁊ sic nō est necesse.⁊ sic tria ꝓferunt:numerus ad numerū meritum ad meritum ⁊ zelus ad zelum.ĵ.e.in genesi:⁊.c.ecclesia vestra.⁊ ibi de hoc tractatur:⁊.s.e.venerabilem.

h ¶ Sanior.dic ut.ĵ.e.ecclesia vestra.Circa formā istā quedā ita sūt exacta diligētia obseruanda:ut si ꝓtra factū fuerit:electio aliquādo est irrita .ĵ.e.ecclesia vestra:⁊.c.in genesi.aliqñ est irritāda.ĵ.e.cū post petitam:⁊ c.cumana.in vtroq̄ tm̄ casu nō valet vt hic dicit ī ver.aliter ⁊c. Ista quidem sunt de substantia electionis siue forma:vt secreto ⁊ sigillatim inquisitio fiat ⁊ publicatio in cōmuni collatio ⁊ cōmunis electio incontinēti nullo actu ꝛio intermisso vnū post aliud faciendo et hec probantur.ĵ.e. cuz post petitam.⁊.c.cumana.in fi.⁊.c.in genesi.⁊ vota in scriptis redacta: vt appareat p scripturā de ꝓsensu cuiuslibet: vt si uellet mutare ei scriptuz obuiet.i.q.vii.saluberrimuz.⁊.xxvii.q.i.oēs femine:⁊.xx.q.i.vidua. Et q̄ quilibet sit vocandus:qui cōmode vocari possit.nō credo esse de substātia electionis:ut propterea casset electio.dūmodo cōtemptus postea consentiat electioni facte.s.e.q̄ sicut.q̄ tres tm̄ debeant esse inquisitores: nō credo esse de substantia dūmodo tot sint inquisitores q̄ fraus fieri nō possit arg.s.e.cum dilecti:qz qui plus facit:non videtur facere. Contra.ff.ō ser. vr.predi.si arborem.⁊ superflua non vitiant. necessaria vero pretermissa diminuunt ꝓcessum.C.de testi.l.testamentum:⁊.ff.de sup.lega.l.lega.in prin.⁊.l.labeo. Hec credo esse de substantia:q̄ sint ve eodem collegio:qz in electionibus ꝓfiliū religiosoruz virorum inquiri debet.lxiii.di. tuat:nisi sit abīs i eo loco[m] de quo debeat aduocari: iustoq̄z impedimēto detentus venire[n] non possit. super quo si opus fuerit fidem faciat iuramēto:⁊ tunc si voluerit vni committat de ipso collegio vicem suam. ¶ Electiones quoq̄z dānabiles[o] reprobamus:statuentes vt quando electio fuerit celebrata solenniter publicetur.

I Dem in eodem.

¶ Consentiēs electioni de se facte per abusum ptātis secularis efficitur ineligibilis ad dignitatem ⁊ electio est nulla. eligentes aūt a beneficijs per triēnium suspendunt ⁊ tūc sunt priuati potestate eligendi.

Q Uisqs electioni de se facte p secularis potestatis abusuz[p] ꝓsentire presumpsit contra canonicam libertatem[q]:⁊ electionis ꝓmo obeuntib[9]:⁊.s.e.proꝛi.dūmodo nō sint laici.ĵ.e.messana.⁊.c.sacrosancta.

i ¶ Viris.⁊ isti possunt esse alii a capitulo:dūmodo viri religiosi: nec ipsi exprimunt de capitulo:qz bene possunt potestatē suā dare aliis.s. eo. causam que.et licet dicat aliqbus:vni tñ cōmitti pōt:ut in predi.decre.cām que.qz non ē illud de forma imo melius pōt expediri per vnum q̄ per plures.s. duos: qz tunc res fere sine exitu ē.ff. de arbi. Itē si vn[9].§. vlti.arg.ꝛ.ĵ.de offi.dele.prudentiam.

k ¶ Uice oīum. Sed nunquid maior pars posset sequi istā formā aliis ꝓdicentibus: videt q̄ sic:qz qō maior pars facit: totū capitulū facere videt:⁊ firmitatē ꝛz sortiri:nisi rōnabilis cā a paucioribus ostēdat.ĵ.de bis que fi.a ma.par.ca.cum ī cunctis. satis videt equū:⁊ sic ditat discordia:⁊ facilius ꝓsulitur ecclesia isto modo q̄ p scrutiniū. Sz littera ista ꝓdicit:ubi dicit vice oīum:⁊ q̄ dicit aliter electio facta non valet. Et alia pōt ratio eē:qz cuz glibet hēat uocē i electione:nō debet priuari iure suo:nec aligs ꝛz cōpelli ius suū dare alii. C.ō ꝓtrahē. emp:inuitū:⁊.l.in vēdēdis.si cui⁊ emptio voluntaria est.ff. famil.herc.si pignori.§. vlti. Alii dicūt q̄ maior pars bene potest potestatem eligendi cōmittere minori parte ꝓdicente:quod mihi non videt: quia non seruatur forma secunda:cum ⁊ illa debet seruari:sicut ⁊ alie due.

l ¶ Priuent.p sñiam nō ipso iure.ĵ.e.cumana.in fi.vnde signatur ꝓtra.s.e. cū in cunctis.ubi ipso iure priuati sunt.de hoc dic vt diri.ĵ.e.cumana.in fi.

¶ Illud autem. ¶ Interdicit ꝓcuratorē in electiōis negocio ꝓstitui nisi co currant ibidē ꝓtenta vsq̄ ad.§.electiones.h.d. Abbas.

m ¶ In eo loco.de hoc diri.s.e.coram.

n ¶ Uenire. Si venire nō pōt q̄re citat nō videt citādus:vñ alii eligere possunt sed hoc nō est vez:qz citandi sunt semp absentes:er quo pñt cōmode citari: siue venire pñt:siue nō:⁊ qz hoc ipm dubiū posset eē ꝓsentib[9].s.e.q̄ sicut. Et itelligo illū venire nō posse:q ꝓpter timoꝛē nō pōt venire ad locū.s.e.bone memorie. Sz in casu illius capituli bone nō tenet cōmittere vices suas:ut no.ibi ī glo. q̄ incipit si citati.vel ꝓpter infirmitatē.v.q.iii.si egrotās.vel si vocet ad mai[9] tribunal.ff.de re iudi.ꝛ pupillum.⁊ iō cū iusta cā sit ipeditus:iure suo priuari sine culpa sua nō ꝛz:ut.ĵ.vt lit.nō ꝓte.qm̄ frequent.§.ii.vnde q̄ per se non pōt per aliū crequat.ff.de pcu.l.i.sicut in iudice.ĵ. de off.dele.si p debilitate:⁊.c.pastoralis.in fi. Et est ar.op.ꝛ illos qui dicūt:q̄ si plures iudices sunt cū illa clausula:q̄ si nō oēs ⁊c.q̄ ille q nō pōt interesse:ꝛz cōmittere possit vices suas. socii nō tenent ipm admittere:qz errat ꝓditio:qō falsum est.ħ nō pōt ītereſſet: tamen alii tenent ꝓcuratorē illius admittere. de illa materia dicit.ĵ.de offi.dele.corā. ⁊ iste ꝓcurator cū sit de capitulo hēbit duplicē vocē.ĵ.e. ꝓgregato. ⁊ ar.ĵ.de re iudi.cū olim.ar.s.e.scriptū. Hec credo q̄ multū expediat:q̄ iste q dat ꝓcuratorem debeat iuramētū pstare.ſz ideo dicit si opus est fidē faciat iuramēto: q̄ si p̄sentes nollent ei credere sup ipedimēto quo detinetur nec aliter admittere velint ꝓcuratorē:q nō hēret ꝑsimilem pſumptionē.tūc ꝛz iurare:q̄ impeditus venire nō possit:tūc tenent illū admittere. Sz qd si nullus vellet de capitulo recipe vicē suā:nūqd posset alii cōmittere q nō esset de collegio:videt q̄ sic:qz per hāc litterā ꝓstat.q̄ ipse ꝛz itereſſe p se: vel p aliū:⁊ ita si null[9] vult recipere vicē suā potest alicui viro religioso clerico cōmittere vicē suā alias nō valet electio si eligerēt:⁊ hoc nō credo eē ꝓ substātiā:si aliū admittāt q̄ nō sit de collegio: qz ⁊ viri religiosi vocādi sūt ad electiōez ⁊ de eorū ꝓsilio ē faciēda:ita q̄ nō valet alias electio.lxiii.di obeūtibus.tñ non credo q̄ hodie canonici ad hoc teneantur:nisi velint.⁊ illud.c. obeūtib[9]. nō tenet. nisi quo ad honestatē:canonici nō tenent recipere illū cui cōmiserit vices suas auctoritate huius canonis.ar.ꝓ de rescrip. cuz ꝓtingat:⁊.ĵ.de ap.cū spāli. vel si nolint recipe:pōt exprimere suā volūtatē per ll'as suas.⁊ volūtas illa cū aliis publicet ⁊ sic extra capitulum nō cōmittat.

¶ Electiones. ¶ Precipit electiones solēniter publicari. ⁊ clādestinas reprobari.h.d. vsq̄ ad fi. Abbas.

o ¶ Clādestinas. Illa electio dicit clandestina:que fit singulariter ⁊ occulte per occulta quenticula.lxxix.di.c.ii.⁊ quādiu publicatio facta nō est: dicitur clandestina:ut hic in fi.⁊ q̄ cito facta est debet publicari.alias non valet: vt dictum est ⁊.ĵ.ut ec.benef.vt nostrum.

Q Uisanis. ¶ Sunt due ptes. In prima punit electum ꝓsentiētē. In secūda punit eligētes ⁊ electionē vitiat ibi:Qui vero. Abbas.

p ¶ Abusum.ut laicus ꝓcepſ vel ptās intersit electionib[9].⁊ talis non ē vsus sed abusus:ut.s.e.cū terra.⁊.c.q̄ sicut.⁊ ꝺ ecclesiasticā libertatē:ut ibi dicitur. ⁊ hoc intellige cum clerici spōte laicos admittunt:secus si per vim vel impressionē eligerent.qz tunc non puniuntur.s.e.cum vintonien. Ber.

q ¶ Libertatē.qz si admitterent laici siue hmōi ptātes assumerēt sibi ius in posteꝛ:⁊ sic pireꝛ libertas ecclesie.qz in electionib[9] liberū ꝛz esse arbitriū cuiuslibet

.viii.q.ii.dilectissimi.sicut in mrimonio carnali.ĩ.de spō.cũ locũ:ꝛ ideo talis electio nulla ē:q̃ fit ꝓtra libertatē ecclesie.ĩ.e.sacrosancta.ꝛ.c.messana.ꝛ.s.eo.cum terra ꝛ ita laici omnino excludendi sunt in collegiatis ecclesijs.

a ¶ Fiat ꝓ hoc q̃ dicit fiat qō futuri tpis est: vt̃ q̃ nō ipo iure: ꝫ ꝑ sniam debeat suspēdi.ꝛ facit ad hoc.ĩ.de iurepa.preterea.vt̃ tñ q̃ ipso iure: p id qō sequit non absq; dispēsatione nē.ꝛ ē verū q̃ ipso iure fit inelligibilis.et ad hoc facit.xvi.q.vii.si qs de inceps.ꝛ.s.e.ne ꝑ defectu.vī. careāt ea vice: ꝫ ibi suspēsio durat quousq; dignitatem taliter adeptā dimiserit:ꝛ q̃ sic suspensus est sicut ꝑ suū factū suspendit:ita ꝑ actū cōtrariū restituit xv.q.vi.nos sanctoꝝ.ꝛ.lxxxi.di.si qs pbyter.ꝛ.c.si qs ammodo.Sed nūqd eps ꝑt dispēsare cū talib⁹.credo q̃ sic.et eo.n q̃ ꝯditor canonis ḃ nō reꝛuauit sibi dispēsationē:alijs cōcessisse vī.ĩ.de sen.ex.nup.et de pb.multa.ĩ fi.ꝛ.c.graue.in fi.ꝛ hoc minus est adulterio: ĩ quo pōt eps dispēsare.ĩ.de iudi.ar si clerici.

b ¶ Irritā.sic.s.e.cū in cūctis vbi electio ipso iure irrita est: q̃ fit de persona indigna.

c ¶ Suspēdant.ꝑ sniaꝫ. sic.ĩ.e.cumana.ĩ fi.sic itelligit.s.e.q̃ ꝓpter ꝫ.s.e.cū in cūctis ubi ipso iure bñficiis ecclesiasticis sunt priuati: qdaꝫ dicūt q̃ stādū ē huic ꝛ nō illi:ꝛ in alio etiā corrigit ille canon: ibi eligendi ptāte ꝑuatos ꝑ.c.pr.q̃ ꝓpter.diuersitas istiꝰ vbi q̃tū ad electionē habeāt.ĩ.e.cumana.in fi.sed q̃ dicit ab officijs ꝛ beneficijs ꝑuent:hoc ē nec q̃ ꝑ sniam ꝑuādi sunt:ꝛ illud.c.cū in cūctis.nō corrigit:vñ ipo iure ꝑuati sunt beneficijs ꝑ triēniū.ꝛ rō diuersitatis hec ē.ḃ ꝑ uant officijs ꝛ beneficijs ꝛ sic ĩ duobꝰ puniunt.q̃ plus peccāt ꝛ ibi ꝑuati sunt in beneficijs tñ q̃ minꝰ peccāt ibi q̃ ḃ:ut sic q̃dā cōpensatio sit hincinde. Vel vius diuersi sunt isti casus:ꝛ in diuerso casu loquunt.ꝛ iō diuerse pene.ḃ maior pena ipoit q̃ ibi:q̃ plꝰ offēdit:q ꝓtra ecclesiasticā libertatē aliq̃d facit sed ibi eligitur ꝑsona indigna.

d ¶ Tūc.i.ea vice sic.s.e.cū ĩ cūctis.ꝫ ĩ illo triēnio quo suspēsi fuit iterū uacaret.videt ꝑ illā expositionē q̃ canonici possent eligere:ꝛ ita suspēsi eligēt. sed hoc eē nō pōt.s.e.cuꝫ inter.r.ꝛ ideo istud tūc respicit totū triēnium.ꝛ hoc intellige quādo oēs delinquūt:sed si aliqui nō deliquissent ipi eligerēt.s.e.scriptū est.in fi.ꝛ.c.cum in cunctis.Ber.

e ¶ Priuati.s.e.c.pri.ꝓtra:ubi priuant ꝑ sniam ide ē:q̃ plus peccāt isti q̃ ĩ li:vt dictū ē.ꝛ ideo hic ipo iure ibi nō:ꝛ in diuerso casu loquuntur.

Nihil est. ¶ Diuidit tota decre.in duas partes. Prio ponit ꝓstōnis cā. In scda ꝓstō ibi:volētes igitur. Cōstitutio ḋo ḃz tres ptes. Prima prouidet circa ꝯfirmationes eoꝝ qui eligunt ad curā animaꝝ. Secunda ibi:epi ꝑuident circa ꝯfirmationē ꝛ priuilegiū exemptorū. Abbas.

f ¶ Examinet.ad illum enim ptinet examinatio:ad quē ptinet ꝯfirmatio.ꝛ ex officio suo ḋz examinare ꝑsonā electi ꝛ formā electiōis: etiam si nō obijciat aliquid electo.s.e.cū nobis olim.ꝛ.c.venerabilem.ver.ē enim generaliter nē.ꝛ.lxxvii.vi.quid est cito.ꝛ.ĩ.de here.cum ex iniuncto:quia eius interest ne puniat si promoueret indignum:vt.ĩ.e.sequitur.

g ¶ Indigne.sic.lxxi.di.tantis.

h ¶ Scientie.que impedit promouendus.ĩ.e.cōgregato.ꝛ deiicit iam ꝓmotum .ĩ.de eta.ꝛ qua.c.vlti.

i ¶ Etatis.s.e.cū in cūctis.ꝛ ita expresse patet ꝫ q̃ epi in etate dispēsare nō pōt ḋ hoc dixi.s.c.cū dilecti.in glo.ꝫ nūquid cū puniant si hoc fecerint alias non deberēt puniri:q̃ qō legitime factū est penā nō meret.C.ad.l.iul.ḋ adul.gracc⁹.

k ¶ Potestate.ipo iure.s.e.ti.ne ꝓ defectu.ꝛ.c.cum in cunctis.in fi.lau.

l ¶ Suspēdat.varie pene statuunt a canonib⁹ circa illos q̃ illicite ꝓmouent idignos ꝛ illos q̃ illicite ꝓmouent.q̃ꝫ ꝑuant ptāte ꝯferendi illū ordinē quē illicite ꝓtulerūt:ut.i.q.i.si q epi.ꝛ.ĩ.ḋ tē.or.lxxvi.di.is q ecclesiasticis.ꝛ ordinat⁹ remouet a clero.l.dist.ex pēitentib⁹.q̃ꝫ suspēditur a celebratiōe misse ꝑ annū.lv.di.nullus.q̃ꝫ deponit.lxiii.di.cvlti.ubi eps ordinatus ꝑter sciam archiepi deponit.li.di.c.i.ꝛ hic sta tuit pena circa illos: qui ꝓmouēt idignos:q̃ debēt suspēdi: vt ḃ dicit ꝑ sniam a supiore cuꝫ hoc ad ipm puenerit.huic assignatur ĩ.ĩ.de prebengraue ibi.n.nō punit q̃ promouet idignos nisi post ꝑmā ꝛ scōaꝫ correctionē ꝛ hoc statim sine aliq̃ admonitiōe. Ite ḃ ordinati siue ꝓmoti remouent:ibi nō. Dicas q̃ in alio casu ḃ:ꝛ ĩ alio ibi ḃ logt de his q̃ promouent ad dignitates ꝛ ad regimē animarum: ut dicit ĩ prin.ꝛ q̃ plus peccāt plus puniuntur sine aliq̃ admonitiōe. ga ꝛ porte dignitatis personis vilib⁹ patere si ōbēt .ĩ.de excess.pla.inter dilectos.ꝛ.ĩ.de iureiu.ꝗrelaꝫ.ꝛ.C.de infa.l.vna.li.ꝛ.ꝛ.C.de digni.neqꝫ famosis.li.xii.ibi loquitur ḋ bñficijs simplicib⁹ vbi nō requirit tāta maturitas:ꝛ iō ḥz ibi locuꝫ correctio:q̃ in ꝓmotione illoꝝ nō est tale periculū.vñ illi nō remouētur:ꝫ isti sic.ꝛ ita contra nō est:q̃ diuersitas ꝯdictionē ipedit:sicut ḋx diuersuꝫ tempus impedit contradictionem.

m ¶ Grauiori.ad arbitriū iudicis:cū hoc non determinet.ĩ.de offi.de le.de causis.ĩ.de ac.super his.ꝛ magis puniēda est malitia q̃ negligentia.ĩ.de fal.ad falsariorum.

n ¶ Canonicaꝫ.s.e.cuꝫ in cunctis.in fi.

o ¶ Ad romanuꝫ.siue sint abbates.s.de consue.cum venerabilis.siue episcopi.

p ¶ Ultra italiaꝫ. Ꝫ fines italie ñ vbiq; distēt a roma eq̃liter:tñ oēs dicuntur remoti:q̃ vltra duas dietas ex̃ diocesim suā distāt.s.de rescrip.nonnulli. Sz istud vex̃ ē quo ad iudicia.sed q̃tuꝫ ad hunc casum qui distāt ꝑ duas ꝛ dimidiā:vel tres aut paꝝ plus:nō credo q̃ debeāt bñficiū:q̃ modica distātia est:tñ ꝙsuetudini stetur:ꝛ ita aliq̃d statuit ꝓpter distantiā qō alⁱs nō fieret:sic.lxiii.di.cū longe.ꝛ .ĩ.de do.ꝛ cōtu.cum olim.

q ¶ Administrēt. In duobus casibus ex sola electione habet ius administrādi ĩ bis videlꝫ:q̃ subsūt nullo medio romano pōtifici:ut hic ꝛ in romano pōtifice.xxiii.di.in noie dñi.ꝫ qd si suffraganeus est valde remot⁹ a suo metropolitano:nūquid eodē mō ꝑt mistrare vī q̃ sic cū eadē cā subsit:ergo vī q̃ idē ius.s.de ꝙsti.trāslato.ꝛ.c.nā ꝙcupiscētiā.ꝛ.ĩ.ḋ trāslatiter corpalia.ꝛ.ĩ.de ꝓbr.vti.vel inuti.cum dilecta.ꝛ si nimia subtilitate vtamur res ecclesiaꝝ depeunt.C.de ṗ.si.cū gdā circa fi.ꝛ.C.ad trebel.lpe.sed ꝯ vī:q̃ cū illud euā dispēsatiue sit dictū.talis dispensatio ad similia nō protēdit.ĩ.de re iudi.in causis.ꝛ.lvi.di.cemonañ.nec excusat ḃ rerū periculū.ĩ.de ma.ꝛ obe.illud.ꝫ pone q̃ talis ꝑlatus tpe cōfirmationis sue reꝑitur min⁹ idone⁹ ꝛ sic repellit:nūqd ea q̃ medio tpe fecit sunt cassāda.videtur q̃ sic.ĩ.de heredi.fraternitatis.ꝛ.xii.q.ii.alienationes ꝛ.xiii.di.c.vlt.ꝛ si ꝑncipale cassatur:ꝛ omnia q̃ secuta sunt ex eo vel ob id.C.de leg.nō dubium:ꝛ.ĩ.de fi.instru.inter dilectos.sed cōtrariū vex̃

est in hoc casu: quia fuit ī quieta administratione ⁊ in quasi possessione p̄ lationis de licētia pape: ⁊ pro prelato habit⁹ est. vnde omnia que fecit medio tpe rata sunt que poterat facere. ar. ī. de iurepa. ex litteris. ⁊. c. cōsultationibus. ⁊. s̄. e. querelam. iii. q. vii. §. vez. ⁊. ff. de ꝓcur. si ꝓcuratorem in fi. ⁊. C. de testa. l. i. que facere poterat. ideo viri: qz de rebus ecclesie alienare nō posset: qa illud ei prohibet: ut hic dicit sed circa spiritualia valet qcqd fecit: ⁊ etiā in tēporalib⁹ bñ administrādo emēdo recipiendo ad vtilitatem ecclesie nō dādo. arg. ff. si cer. pe. eius qui in prouincia. ⁊. i. q. .i. si quis a simoniacis ⁊ hoc confirmat littera hic in fi. sed si quis intrusus acquirat ecclesie: nūquid ⁊ illō cassabitur cū ipso. videtur qꝫ sic: per iura prius dicta. ⁊ quia commodum cum incōmodo debet compensari. ff. de neg. ge. si negocium. credo qꝫ nō cassabuntur: nisi ea que perperam facta sunt in preiudicium ecclesie: sed utilia remanebūt penes ecclesiam: qz cum in fauorem ecclesie talia cassentur in lesionem eius nō debent retorqueri. ff. de leg. qꝫ fauore. ⁊. ff. ō mino. si iuder.

T preterite.

C ꝑimo ponit dictum quod secundo determinat ibi: dummodo Abbas.

a C Necessarie. sic patet qꝫ si capitulum fecit expēsas vacante ecclesia pro negocio electōis promouende: aut etiam pro electiōe episcopi cōfirmanda vel alias totum possūt repetere ab episcopo. idez intelligo pro electione alterius prelati: quia hīc inde eadem ratio ⁊ idez ius. C. ad. l. fal. l. vlti. C. de inof. do. precib⁹: C. de libe. prete. l. i. ⁊ iste expense necessarie debent eē ⁊ moderate: quas fecerunt occasione istius electionis: vt hic dicit. ⁊. ī. de do. ⁊ cōtu. cum dilecti ⁊. ī. de eo qui mit. in pos. cū venissent. in fi. nec debent excedere probabilē modum. ff. de dam. infec. inter quas. §. vlti. cum. l. se. nec delicate: qz nec delicatus debitor nec onerosus creditor est audiendus. ff. ō pig. ac. si seruos. ⁊ dicuntur expense necessarie sine quibus negocium expediri non potest: vel sine quibus res efficiatur deterior. ff. de impen. in rebus do. fa. l. .i. ii. iii. ⁊. iiii. ⁊. ff. de ꝟbo. sign. impense ⁊ sufficit si credat expedire: lz non expediat. ff. de bo. auc. iudi. pos. pretor. §. ii. ⁊ cum ipsi canonici vtilitatē patriarche procurauerint: dignum est ut suum stipēdium consequantur. xii. q. iiii. quicunqꝫ: quia illud de suo facere non tenebatur: quia nemo cogitur inuitus de suo facere beneficium. ꝛ. q. ii. precarie. ⁊ vtiliter negociuꝫ suum gestum est. ff. de nego. gest. pomponius. in fi. cum. l. se. lz an vltro Sz quid si duo in discordia electi essent. Dicunt quidam qꝫ tunc non repetēt expēsas. Idem credo dicēdum quod de vno: dūmodo maior pars capituli certet pro electo ⁊ obtineat: quia idē est ac si totum capituluꝫ. quare eodē modo non solueret illi confirmatus expensas non video eadem ratio est hic.

b C ꝓro negocio electionis. illas autem tantum soluent: quas propter hoc fecerunt. ī. de eo qui mit. in pos. cum venisset in fi. ⁊. ī. de procu. cum pro causa ⁊ propter hoc negocium inierunt: als si pro suis negocijs iuisset uel misissent: licet tractassent predictum negocium non haberent expensas. ī. de procur. cum pro causa. nisi quatenus plus erpendissent propter longiorem moram. ff. famil. herc. ex parte. in prin. ff. de nego. ges. si communes.

c C Occupent. tunc enim qui ius sibi dicunt in rebus occupatis: debent cadere a iure suo. ff. qō me. cā. extat edictum. ⁊. ff. ad. l. iul. de vi priua. creditores. ⁊. xvi. q. vi. placuit. immo tenenꝫ bona decedentis conseruare futuro successori. xii. q. ii. hoc huius placiti. ⁊. c. cū nō liceat. ī. de of. ordi. cū vos. sed si ocupent bona: tunc sufficit quod habent.

Q Vmpost. C ꝓrimo narrat factum electionis quā secundo cassat ibi: qz tandem. Abbas.

d C Petitam instanter. peti debet instanter anteꝙ admittatur: sicut et pallium. c. di. prisca. sicut ⁊ libelli dimissorii. ii. q. vi. post appellationem .ī. de ap. cozdi. lib. vi. ⁊. ff. de libel. dimis. l. vna. Item ⁊ sp onsa non debz statim tradi: vt carior sit dilata. xxvii. q. ii. institutum. Item remissio peccatorū. ō pe. di. i. importuna. ⁊ ea obtēta necesse hz cedere. ī. ō renun. quidaz.

e C ꝓtractam. Sed vt qꝫ per talem prorogationem non debet cassari: quia non omne qō differendi causa fit adnumerandum est more. ff. de vsur. sciendum: ⁊ qō differtur non auferꝫ. xxvii. q. ii. ancillā. immo maturiori consilio pficitur. de pe. di. vii. c. i. ideo nō debēt differre quia amplius ō liberare non possunt: cum etiā mutare nequeant vota sua. ī. .e. publicato. Et ideo incontinenti electio fieri deberet ante quā ad alia diuertāt. vno enim contentu totum fieri debet. s̄. e. qa propter. ⁊. ff. de testa. heredes palā in fi. De hoc dicitur .s̄. e. auditis.

f C Requisitum. Sed nunqd sola requisitio sufficeret ad cassationem: non videtur: quia in fraudem posset ab aliquo emitto procurari. si. ī. ō simo. sicut ⁊ ideo non videtur impedire sola requisitio: sed si ꝙsentiat tūc sufficit ad cassandū ꝓpter ambitionem. ⁊ si. s̄. e. officij. ⁊. c. cum ad nostraz. ⁊. i. q. vi. sicut bis. ⁊. C. ō epi. ⁊ cle. si quēquā ⁊ non ambitione sed labore ad dignitatem cōuenit peruenire. C. de re mi. cōtra publicā lib. .xii. ⁊ ita vtrūqꝫ istoruz reddit formam inutilem. hic requisitus consentit: ⁊ ista fuit cā quare cassata fuit electio. si vo dissentiat non est eligendus.

g C Inordinato. Quia ex bis que inordinate fuerunt facta: ñ potest aligd ordinabiliter agi .ī. de accu. qualiter ⁊ quando. sic. s̄. de rescrip. cū dilecta. Et qliter forma seruari debeat vide tū est. s̄. e. qz propter.

guido. de canopo.

C Monachus vnius monasterij alterius factus abbas in electione abbatis prioris monasterij vocem non habet etiam si tale ius ab abbate ⁊ monachis prioris monasterij sibi fuit reseruatum.

Q Onstitutis in presentia nostra procuratoribus sācti taurini eboracēn. ⁊ sancti leofredi de cruce abbatum: ⁊ infra. Cuz autem procuratores ipsorum abbatum iussi essent exprimere: quo iure ipsi abbates deberent electioni abbatis fiscañ. monasterij interesse: responderunt: qꝫ olim cum assumerentur in suorum monasteriorum abbates fuit specialiter indultum eis ab abbate ⁊ conuentu monasterij fiscañ. vt haberent vocem in capitulo eorundem. Nos autem rationem huiusmodi friuolā reputantes: super hoc perpetuum silentium imponimus abbatibus supradictis.

Idem rothomageñ. capitulo.

C Electio debet fieri verbo ⁊ de illo i quez consenserit maior pars capituli ⁊ non respectu aliaruz partium.

Q Onstitutis. C ꝓrimo ponit petitionē actoris. Secundo expressionē cause. Tertio sñiam contra actores ꝓpter causam in eptam. Secunda ibi: cū aūt. Tertia ibi: nos aūt. Ab.

b C Quo iure. Isti abbates petebant electionem fiscani abbatis cassari: in qua dicebant se fuisse contemptos: ⁊ sic cum diceret se fuisse in quasi possessione eligendi: videtur qꝫ inique sit actum cum illis. quia possessor non tenetur dicere titulum siue possessionis. C. ō peti. heredi. cogi. ⁊. ii. questione. v. §. i. non est ita. quia isti tempore petitionis sue expulsi erant de possessione iuris: quod se habere credebant: quia quandoqz forte habuerunt vocem in capitulo fiscani. Et ideo quia eis contemptis facta erat electio: petebant illam cassari. sic. ī. de causa possessionis. cum ecclesia. cum enim peterent illā cassari ⁊ ad eos de iure communi non pertineret electio: merito debebāt exprimere quo iure hoc petebant: quia sine actione: vel causa nemo experitur. C. de edicto diui hadriani tollen. l. finali. ff. de nego. gestis. si pupilli. §. vltimo. ⁊. ff. de administratione tutorum. quotiens. §. Item si temporale: quia ineptam actionem siue causam exposuerunt imponitur eis silentium. ī. de iudicijs examinata: quia in diuersis monasterijs non potest quis esse monachus. ergo nec vocem habere. ī. de religione domali: capitulo vltimo. in fine. sed si allegassent solummodo consuetudinem nomine ecclesiarum suarum ⁊ probauissent se in quasi possessione fuisse: tunc cassata fuisset electio. ī. de causa possessionis. cum ecclesia. sed nomine suo non poterant allegare consuetudinem. Et sic nota qꝫ qui non est de collegio: si electionem petit cassari debet assignare causam siue petitionis ⁊ idoneam: alias repellitur: ut hic habes. Item idem est: si ante electionem dicatse debere interesse: ⁊ ab illis ō collegio hoc negatur protestatione premissa: vt si docuerit de iure suo: valeat vocem eius possunt procedere omnes ad electionem: ⁊ in hoc casu necesse est docere de iure suo ⁊ sola possessio in hoc casu non prodest infra eodem cumana. hic enim agitur confessoria ⁊ negatoria. de hoc dicitur. ī. de causa possessionis. cum ecclesia.

i C Vocem in capitulo. isti abbates erant monachi monasterij fiscañ. quando assumpti fuerunt in abbates: ⁊ tunc conuentus reseruauit illis confraternitatez ⁊ qꝫ haberent vocem in capitulo fiscañ. ⁊ ita hoc pretertu se credebant debere vocari ad electionem abbatis: sic consueuerunt facere multi monachi: ut quasi sint de collegio vtriusqꝫ monasterij: vt sic possint eligi si cōueniant: vt de collegio eodem fit electio. istud hodie reprobatur. Nullus enim potest esse monachus in pluribus monasterijs: nec abbas potest preesse diuersis monasterijs. ī. de reli. do. ne nimia. §. fi. ⁊ ideo causa allegata ab istis abbatibus nulla fuit: si aptam causam ét postꝙ causa illa fuit repulsa allegassent bñ ōbuissēt audiri p predictaz decre. examinata. ⁊. ī. de do. inter dilectos. ⁊. ff. de excep. rei iudi. ⁊ an eadem. ⁊. ī. de causa pos. cum ecclesia. ⁊. ī. de iudi. examinata.

Ecclesia nestra. Casus huius decre. no. est ⁊ quotidie allegat. Primo ponit propositio negocij. Secundo ipsius examinatio ibi: verū. Tertio sententia ibi: Unde. abbas siculus.

a Dirigebāt. cōsentiēdo in ipm ⁊ nominādo ipsum. Sed videtur q̄ sufficiebat ex quo thomas habebat maiorē ptē q̄ aligs alio ꝛ. ar. ff. de ẏoo. sig. maiorem. vbi dicitur quis possedisse maiorē ptē anni: ⁊ tū nō possedit: nisi duob⁹ mēsib⁹ illud vex est q̄ maiorē ptem totius capituli dz hre elect⁹: ad hoc ut sua electio ꝓfirmet etiā p ātiqua iura. j. ō bis q̄ fiūt a ma. par. c. cū in cūctis. ⁊. lvi. di. apostolica. ⁊. s. e. c. q̄ ppter.

b Processus. Et ideo non valuit. etiā si maior pars capituli cōsensisset in illum. j. e. in genesi. Et ita qō precipuū ē: ḃ deficit. s. electio. ⁊ talis deportatio nō obtinet vicē electiōis. ⁊ ita per aliuz actū fieri nō ṗt electio lz possessio tradita videat: quāuis possessio nō apprehendat. arg. s. de cōsue. et lfis. et. ff. de acq. poss. q̄ meo. §. si p vēditorē. sicut appellat qs ipso facto. j. de ap. dilecti. ⁊. c. ut nostrū. Jsta enim principalia ⁊ ꝑcipua necessaria sunt: sine qb⁹ electio nō valet collatio publicatio ingsitio: ⁊ incōtinēti electio ⁊ scriptura. s. e. q̄ pp. ⁊. j. e. cumana. ⁊. c. in genesi.

c Appellationē. que locū nō ḃz: publicato scrutinio cuz mutare nequeāt volūtatem. j. co. publicato. s. e. q̄ ppter.

d Cassauimus. i. cassuz ⁊ irritum ostendimus. sic. j. eo. in genesi.

e nō admissa. Et eadē cā: q̄ nō fuit elect⁹: ⁊ q̄ minorem partē habebat q̄ thomas.

Cum in magistrum.

Primo recitat factuz Secundo prouidet ibi: mādamus. Abbas. si.

f Discipuli. ⁊ merito q̄ prio dz qs esse discipulus q̄ magister. lx. di. ordinatos. ⁊. lxi. di. miseꝛ. ⁊. xvi. q. i. si clericatus.

g Deficiendus. si. j. ō eta. ⁊ qua. indecoꝛ. qui enī sub tutela dz ee sub se aliū hre nō dz. C. ō legi. tu. l. vl. ⁊ q̄ sub alio ē: alium sub se hre nō dz. ff. de adul. sic eueniet. ⁊. ff. ad mace. filiū habeo. ⁊. i. q. i. estote.

Ecclesia vra ōstituta pastore: ⁊ votis vestris cum de futura ꝑlati haberetis successione tractatum: in diuersa diuisis. quidam in thomam: quidam in cancellarium: et quidam singulares in singulares personas eiusdez ecclesie consensistis. Ceruz cum sup his in nostra ⁊ nostrorum fratrū presentia multa fuissent hincinde proposita. inuenimus q̄ illi qui sua in thomam desideria dirigebant[a]: licet maiorem partem facerent: partim comparatione minorum: nō tamen ad maiorem partem capituli peruenerunt: considerauimus nihilominus q̄ post publicationez cōsensum ⁊ collationis tractatum ad electionem nullius habitus est processus[b]: quāuis deportationis solēnitas etiam post appellationē[c] legitimam fuerit subsecuta: quam pro electione nec deceret nec etiaz expediret haberi. Unde qō fcm est. de. t. predicto cassauimus[d] petitione consentientium in cancellarium non admissa[e].

Reg. ix.

Non professus in abbatem eligi non potest.

Cum in magistrum assūmi nō debeat qui formam discipuli[f] nō assumpsit: nec sit ꝓficiēdus[g] qui subesse non nouit: nos intellecto per te q̄ in quibusdam regularibus domibus iure tibi diocesano subiectis sunt quidam in abbates nō professi ordinē regularem assumpti. Mandamus q̄tenus cum abbates tales esse nō debeant qui per professionem[h] monachi et regulares canonici nō fuerint: ad amotionem[i] eorū quos tales inueneris sub ap. ipedimēto. ꝓcedas.

Item cumañ. capi.

Electio facta a ñ maiore ptē capituli ⁊ omissa collatiōe ñ valet.

Quamana ecclesia pastoris solatio destituta: ⁊ congregatis die ad celebranduz electionē ꝓfixa qui presentes[k] erāt de cumanis canonicis: ac tribus abbatibus[l] q̄ vocem in electiōe habere noscuntur capellani ⁊ clerici ciuitatis electiōi se debere interesse dicētes: sub huiusmodi protestatiōe[m] admissi fuerunt: q̄ vox eorum qui non deberent īteresse de iure vel de ꝓsuetudine[n] nō valeret. Tādem ꝑmisso iuxta formaz cōcilij generalis scrutinio. vij. de canonicis vnum abbatum. xi. capellani: ⁊. ix. clerici in eiusdē ecclesie archipresbyteꝛ conuenerūt. ix. canonicis: vno ō abbatibus: vno capellano: ⁊. xi. clericis in ipsius ecclesie archidi. dirigentibus uota sua: ⁊ ifra. Cū. xvij. fuerūt canonici: tres abbates. xx. clerici ⁊. xiiij. capellāi: neutrā electōez ꝓmus ad maiorē ptez totius capi. pueniſſe: nec ꝓbatum fuerat q̄ clerici admitti debuerāt: nec q̄ capellani admissi fuerint de consuetudine vel de iure. Nam ⁊ si capellani de duabus electiōibus episcoporum interfuerint et scrutatores dederint voluntatum: nō[p] tamen inquisita vota sua fuisse: vel eos aliquos elegisse probatur. sed etsi inquisita fuissent vota vel ipsi aliquos elegissent: per hoc tamen nō constitit id eis de iure[q] competere: vel ex consuetudine iam[r] prescripta: vnde nos electiones ipsas

ctiōe cū eēt l q̄si pos. j. de can. pos. cū ecclesia. ⁊. c. cū olim. ⁊. j. de iure patro. ꝓsultatiōib⁹: ⁊. s. e. q̄relā ⁊ etiā si nō eēnt in q̄si possessiōe: valuissz eorum vox: ex quo sponte admiseꝛūt illos. s. e. scriptū. Et nō q̄ ḃ negabat ab initio illos debere interesse nec admittebāt illos sine ꝓstatione ⁊ totū ius coꝛ in iudiciū deductū fuit: vox illoꝛū nō valuit: nec ꝓfuit q̄ interfuerunt duabus electiōib⁹ q̄ ꝓscriptionē legitimaz nō ꝓbauerūt est si. j. de cā pos. cū ecclesia: ubi totum ius capellanoꝛ deductū fuit in iudiciū: cui pa tamē illoꝛū ⁊ post factā electionē: sz isti inuiti hoc fecerunt cōpulsi ab aduersarijs q̄ negabant illos ius habeꝛ: ⁊ ē multum notabile hoc.

n Cōsuetudine. clerici ⁊ cappellani ⁊ etiam abbates de iure cōmuni in electione eē nō debēt: cū ad capitulum tm̄ spectet electō. xvi. q. vl. congregatio. ⁊. xviii. q. ii. abbatē. ⁊. s. eo. c. i. ⁊. j. de iure pa. a nobis. sz de cōsuetudine ṗnt. j. de cā poss. cum ecclesia.

o Ad maiorē partez. sic. s. e. ecclia vra. ⁊. j. e. in genesi. qa cum clerici ⁊ capellani nihil ꝓbauerūt vor eoꝛ nulla fuit: ⁊ sic remāserūt. vii. canonici ex vna ptē. et vnus abbas ⁊ ita octo: ex alia ptē nouē canonici ⁊ vnus abbas ⁊ ita decē: qa totū capitulū cum abbatib⁹: q̄ ius hēbant viginti vnus erāt: qa canonici erant. xviii. ⁊ sic nulla electio ꝓuenit ad maiorē ptē illoꝛ q̄ vocē hēbāt. ⁊ sic cassat vtraq̄z electio: vl̄i vis intellige re maiorē ptē: respectu capituli tātū: adhuc idē ē sic pz q̄ consensus electi nō cōputant inter eligētes: qa si sic ꝓputaret vna pars fuisset maior etiā quo ad totū capitulū: scilz pars archidiaconi: q̄ habuit nouē: ⁊ ipse fuit decimus. ⁊ sic erat maior pars capituli: et tamen nō valuit electio sua: q̄ persona electi nō auget numerum eligentium euidenter probatur per constitutionem illam. s. e. q̄ ꝓpter. q̄ antequaz quis eligatur. oportet q̄ in scrutinio maior pars capituli consentiat in aliquem: ut ibi dicitur. ⁊. s. e. ecclesia vestra: ut hic ⁊. j. eo. in genesi. ⁊ ita cum nōdum sit electus nec etiam sciant in quem consenserit maior pars: non potest augere numerum. Sic ergo patet ex illa constitutione: quia ꝓpter. ⁊. c. ecclesia. q̄ persona electi non debet computari inter eligentes. ⁊ quod dicitur. s. eo. cum in iure. obtinet ex forma compromissi: vt ibi dixi. ⁊ hoc dicitur in littera nec hoc credo q̄ talis electio valeret hodie: ⁊ ita est de forma electionis q̄ maior ⁊ sanior pars totius capituli consentiat in aliquem in ipso scrutinio.

Quamana ecclesia. Prima pars narrat factū. Secūda ibi: cuz. xviii. electiōes irritat exprimēs cām quare electores punit.

h Presentes. per hoc videt q̄ absentes nō debeāt vocari ad electionem. arg. vii. q. i. factus. ⁊. x. q. ii. hoc ius pozrectum. super hac vocatione statur consuetudini: vt dixi. s. eo. coram.

i Abbatib⁹ de qb⁹ ꝓstabat p spāle ꝓuilegiū: vel p ꝓsuetudinē. s. de ꝓsue. cū dilect⁹. ⁊. s. e. q̄ sicut. sz de clericis ⁊ capellanis in dubiū reuocabat. ⁊ iō sub ꝓtestatiōe admissi fuerūt. ⁊ iō q̄ de capitulo ñ sunt. ⁊ dicūt se ītereſſe debere in electione debent dicere quo iure hoc dicāt. s. e. ꝓstitutus: hic allegabatur consuetudo.

m Protestatiōe. cui ꝓsenserūt clerici ⁊ capellani: alias nō ꝓiudicaret eis protestatio. sic ergo ꝓtestatio dz. sic. j. qō me. cā. platū. ⁊. xxi. q. ii. lotharī⁹. ⁊. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. debitor. §. i. ⁊. vii. q. i. pōtifices: ⁊. xxiii. di. pbyteri. xxxiij. di. diacōi. ⁊. j. de of. oꝛ. pastoralis. ⁊. j. de ap. c. vlti. ⁊. xvi. q. iii. §. pōt. ⁊. ff. ō neg. ge. nēseni⁹. Jn p̄riū vr: q̄ ꝓtestatio ista nō debeat ꝓdesse. s. de ꝓsti. cuz. m. ferra. ⁊. j. de ap. sollicitudinē: ⁊. j. de cēsi. olī cām. ⁊. ff. de cōdi. īde. q̄ qs scīēs. sz valuit ḃ ꝓtestatio: vt pz I fi. alʒ si ꝓtestatio nō ꝓcessisset bñ būissent vocem i ele-

p Nō tñ ingsita. Et ita nō sufficit dare ingsitores: nisi vota eoꝛ ingrātur: sed alteꝛ p se sufficeret. s. ingsitio votoꝛ. s. e. q̄ ppter. opus est hic facto. ⁊ iō nō sufficit alteꝛ. j. de eo qui mut. in pos. ꝓstitutis.

q De iure cōpetere. qō dicit de iure vel ex ꝓsuetudine vel ponitur. i. qa de consuetudine ꝓscripta debēt interesse: sed non de iure cōmuni: vel ꝑpe potest istud teneri. vel. i. ex priuilegio sibi cōcesso a papa. si. j. de bis que fi. a prela. ca nosci tur.

r Jā ꝓscripta. sic patet q̄ sola possessio nō dat nec creat ius: nisi sit ꝓscripta. j. de causa. pos. cū ecclesia. ⁊ sic ꝓsuetudo nō valet nisi sit ꝓscripta ⁊ rōnabilis. s. de ꝓsue. cū dilectus. ⁊. c. vlti. sic ⁊ possessio sola nō facit aliquē decurionē. ff. de decu. berēni⁹ ⁊ sic possessio nō facit aliquē clericū sine canonica institutiōe. j. de preben. dilecto. ⁊. j. de insti. ex frequentib⁹. ar. C. de ībe. ca usa. non iccirco. ⁊. ff. de decu. berennius.

a Contra formã. Et sic patet q forma q̃ traditur. s. e. qr propter. sit de substantia electionis: quo ad quedam que ibi ponuntur: vt ibi diximus: r est verum ſm q̃ hic dicit. Ex quo enim forma ista attentatur: diligenter seruanda est: ita q̃ qui ꝓtrafacit punitur: vt hic dicit: inquisitio publicatio collatio sunt de substãtia: vt si omittãtur: cassatur electio: r incõtinenti debet fieri electio: alias si protrahatur non valet. s. e. cũ post petitã. r sic electiões cassate fuerunt duplici de causa qr neutra fcã fuit a maiore parte capituli: r quia forma seruata non fuit.

c ¶ Iniuria. hoc sumptū ē. ff. de no. ope. nun. l. pretor. §. ait pretor. ⁊ l. ij. ⁊ ē sile in excōicatione que tenet semp siue iusta siue iniusta. ix. q. iij. ca. i. tāta est. n. vis denunciationis vt si aligd fiat post denunciationē ante remissionē vel satisdationem de opere demoliēdo: ēt si ius hēat edificādi in totum ds demoliri. l. pdi. ptor. §. i. ⁊ hic ⁊ j. c. prori. ⁊ h denūciatio faciēda est in re pñti ⁊ in ipso opere ⁊ nō tñ dño: ꝫ illis qui ibi sunt. ff. e. de pupillo. §. nunciare. de hoc dſ. j. c. pri. ⁊ hoc iō qr nūciatio ista in rem ē ⁊ non in personaz. ff. eo. de ope. no. nū. vnde cuicūq; fiat: tenet. ff. eo. cuilibet. alibi facta quaz in re nō tenet. ff. e. de pupillo. §. si qs forte: quod pōt itelligi q̄ nō tenebit quo ad hoc: vt non teneaī demoliri opus fcm: cuz ius habeat edificandi quod fieret si esset facta in re: vt hic dicit. ⁊ no. q tot debēt ee denūciatiões ⁊ tot remissiões: quot sunt loca in quibus edificatur. ff. eo. ti. de pupillo. §. si i pluribus. Lau.

d ¶ In preiudiciū. hec est alia cā demoliendi edificiuz. in preiudicium. n. eccle parochialis alia fieri nō debet. xvi. q. i. ecclesie ⁊ c. qcūq;. ⁊. §. de eccle. edi. ad audientiam. i. nisi iusta causa subsit vt ibi dſ. ⁊ tunc id fieri debet de auctoritate epi.

da est expensis construentis. b. d. cum sequenti

Retellerim⁹ ex lr̄is tuis q̄ cū causa que vertitur inter priorez sci cypriani ⁊ clericos de rodigio super capella q̄ i preiudiciū baptismalis ecclesie de costa ab eisdem clericis est constructa. f. r. delegata fuisset. ⁊ infra. ¶ Quia vero sicut leges non dedigantur[a] sacros canones imitari: ita ⁊ sacroz statuta canonū pncipū constitutionib⁹ adinuātur[b] f. r. mādamus quatenus diligēter considerans q̄ post denūciationez noui opis siue iure siue iniuria[c] aliquid cōstruatur legalibus debet cō stitutiōibus demoliri: ⁊ qr nulla ecclesia in preiudicium[d] est cōstruēda negociuz ipsuz ſm legū ⁊ canonuz statuta non differas terminare.

I Pno. iij. cant. archiepo.

¶ Sūmat vt supra. c. proximo

Quam ex iniuncto ⁊ infra. ¶. T. mandamus quatenꝰ quicqd edificatum est i ecclesia de lemech post noui operis nūciationez expēsis[e] tuis facias penit⁹ demoliri: co nō obstante si etiam absens extiteris cū cautū[f] sit legitima sanctione: vt si is cui opus nouū fuerat nūciatum[g] ante remissionem[h] edificauerit deinde agere ceperit ius sibi cē ita edificatum habere: sibi debeat actio denegari: reducens prorsus in irritum quicquid de instituendis ibi canonicis ⁊ alijs ad ipsā ecclesiam pertinētib⁹ a te vel predecessore tuo cognoscit ordinatum: eoruz redditibus ad statum pristinum reuocatis quos ab obligatione pstiti iuramenti pro eo q̄ ibidem instituti fuerunt: auctoritate nostra per te denūciari precipimus absolutos. cum. n. ammodo non teneat pncipale[i] qcqd ex eo vel ob id secutuz ē sub premissa districtione decernimus irritādū: ⁊ infra. ¶ Super eo quoq; non sufficimus admirari q̄ cum viri religiosi monachi cantuarieñ. q oia dimiserūt ꝓ xpo tot laborib⁹ ⁊ periculis personas ⁊ res nō dubitauerit frequēter expōere: qō nō[k] fecissent nisi cognoscerēt pmissa respicere i graue cātuarieñ. ecclesie detrimentum: tu saltem ꝓ vitādo tā graui scādalo ꝓioz: ab huiusmodi ēt tibi ꝓhibitis ñ cessasti: cum sacre scripture testimonio de bueras didicisse: q̄ lz opa illa q̄ sine mortali peccato omitti nō pñt: nō sunt ꝓ vitādo scādalo dimittēda[l]: nec ea debeant ꝓ scādalo vitādo cōmitti q̄ sine mortali peccato cōmitti nō possunt: ab bis tamē q̄ sine mortali peccato ꝓmitti pñt pariter ⁊ dimitti sit ꝓ scādalo tollēdo cessandū ⁊ eis ēt ꝓ vitaddo scādalo[m] insistenduz. Unde apostolus si scandalizatur frater non comedaz carnes in eternum. Et dñs in euāgelio cōtra eos q̄ scandali prestāt materiam. ve ingt homini illi per quē scādalū vēit ⁊c. Et lz maioz[n] scādalū sit vitādū: vitāduz est etiaz scandalū pusillorū iuxta testimonium veritatis. qui scādalizauerit inquit vnum de pusillis istis qui in me credūt ⁊c. ¶ Finis ergo bis taliter a te imponaī q̄ pterite contradictionis rebellio ꝑ uirtutē sequētis obedientie valeat expiari.

H Onorius. iij.

¶ In optione est nunciantis nouum opus an infra tres menses de preiudicio suo debeat ostēdere: ⁊ .l. de pupillo. §. meminisse. Et ideo melius est hoc facere per lapillum: ⁊ hec denunciatio locum habet: siue fiat ipso dño siue procuratori seruo ut puero vel ipsi fabro qui edificat. ff. eo. de pupillo. §. nunciare. dumtamē in presente re: vt ibi dicitur: vt dixi. ¶. c. pri. Competit autem denunciatio non tantum domino: sed etiam emphiteote ⁊ creditori. ff. eo. in pronunciali. §. vlti. ⁊. §. si ego. ⁊ l. cſ ditori. ⁊ si edificetur in publico: quilibet ciuis admittit ad denunciandum: vt. l. ꝑdicta in pronunciali. §. vlti. Item competit vsufructuario: sed non contra dominum ita tamē q̄ vsufructus nō fit deterior. ff. ō remiſ. l. i. §. ii. Item seruꝰ nunciare non potest: sed ei pōt denunciari. ff. e. de pupillo. §. i. nisi noie alterius nunciet. ff. quod vi aut clam. l. iij. Item si ante quam edificarum esset aliquis ageret cuz vicino ne altius tolleret edes: nec res defēdatur hoc facere debet pretor vt ille prestet cautionez non prius edificare q̄ vltro agat ius sibi esse. ff. e. si prius.

b ¶ Remissionem. remissio quādoq; fit expſse. ff. eo. nō soluz. §. sciendum: ⁊ tacite. l. mortc: vt ea. l. §. morte. Si autem qui denunciauit non vult remittere renunciationem cautione etiam sibi oblata: debet peragere causam si potest vsq; ad tres mēses ⁊ alter tenetur expectare: non obstante cautione oblata. si non compleuerit causaz vsq; ad tres menses iusta causa impediente: caucat postea de opere demoliendo ⁊ edificet. C. eo. l. de operis. quidam nō habent ibi hanc rubricam sed est in ti. de edi. pri. ⁊ sic intellige. j. e. c. vlt. ⁊ c. pror. qui enim statim vult docere de iure suo non tenetur recipe cautionem vt ibi: nisi post tres menses: vt ibi dictum est.

i ¶ Principale. destructa enim re destruuntur priuilegia. argumē. j. de verbo. significa. abbate in fi. ⁊. xvi. q. vij. ⁊ de hoc diximus: ⁊. §. de fi. in stru. iter dilectos. §. cū igitur. C. de legi. nō dubiū. ff. de colle. illicitis. l. iij. ⁊. xviij. q. ij. in nullo. ff. de re. iur. nihil dolo in fi. ff. de fideiusso. fideiussor obligari.

k ¶ Non fecissent. no. ar. pro monachis: q̄ semper presumuntur iustam litez mouere: cum ipsi sua dimiserint pp deum. §. ti. prori. nimis iniqua in prin. vnde nō est presumendum q̄ appetant aliena: arg. xij. q. i. expedit in fi. ⁊ est simile. ix. q. iij. lugduñ.

l ¶ Dimittenda. no. q̄ pro aliquo scandalo vitādo nō debet quis mortale peccatum cōmittere: qr vtilius scandalum nasci permittitur q̄ veritas relinquatur. j. de re. iur. q scandalizauerit. ⁊ illud finite illos: qr ceci sunt pri. q. iij. iter verba. §. de his que vi me. cau. c. sacris. ⁊. xxiij. q. v. ita ne: ⁊ i. q. vii. ⁊ si illa. alꝫ si aliqua possint fieri vel omitti sine mortali: detrabendum est iuri: vt hic dicit ⁊ sic possunt intelligi illa iura. l. di. vt constitueretur: ⁊ oia cōsimilia: prout hic sequit in lra.

m ¶ Pro scandalo tollendo. propter quod detrabēdū est quandoq; seueritati. l. di. vt constitueretur: ⁊ ius relaxatur ꝓpter scandaluz siue multitudinem. §. de temp. or. c. ij. vbi de hoc. ⁊ ꝓpter scandalum etiam matrimonium impeditur. §. de spon. cuz in tua. ⁊. §. de cogna. spiri. super eo. §. de cle. cō. cum olim.

n ¶ Licet maiorum. i. diuitum ⁊ potentum qui sociam habent multitu-

dinem.xxiij.q.iiij.non potest.ber.

Significantibus Jm prima narrat ffi appellationis remedio relatum.in scda dat iudicem ibi:ideoqz.ab.si.

a Jncontinenti.maxime qz idē esset si vsqz ad tres mēses.j.c.pri.ꝛ.C.e.l.vna:vt plene dcm est in.c.pri.sz multofortius si hoc icōtinēti ꝓbare volebant: qz restō ēt differt si incontinēti offerant ꝓbationes.s. de resti.spo.lsas.ꝛ.ff.ut in pos.leg. si is a quo.in prin.ꝛ.ff. ad exhi.l.iii. §.ibidem.si.s. de or. cog.cum dilectus.

b Decreuit.ꝛ bene qz nō obstāte cautione illa oblata tenebat expectare vsqz ad tres menses aduersarios volētes ꝓbare de iure suo.j.c. pri.ꝛ.C.e.l.vna.put dictum est in.c.prori.que determinatur per hanc decre.sequentem.

c Prouocauit. hic emisso ep̄o appellatum est ad metropolitanuz. ꝛ ideo j.s. de ap. dilecti.ii. vbi hec materia plene expeditur.

d Si cui op9 nō obstante:sed z̄ videt qz si ille cui nouū opus denunciat: satisfecerit de opere demoliēdo: si apparuerit eum iniuste edificasse:vel per eū nō steterit:quominus satisfecerit:licite p̄t edificare.ff.eo.nō solum.§. si cū possem.ꝛ.§.sciēdū ꝛ.l.prēor.§.i.ꝛ.§.hoc interdictū.ꝛ.§.deinde. ꝛ.l.stipulatio.als icipit de noui operis.§.i. sed hec intelligenda sunt sz hec q̄ hic ꝛ in.c.pri. dicunt.ꝛ.C. de edifi.priua. .l.vl.ꝛ si statim vult ꝓbare prēiudicium suum vel vsqz ad tres menses audit nō obstante cautione que sibi offert: vt h̄ dr:alias recepta cautione edificat vel statim vl̄ post tres mēses.ꝛ sic itelligunt z̄ria.ꝛ ita est in optione denūciantis an velit statiz docere de iure suo:vl̄ vsqz ad tres mēses:an statim recipere cautionē de opere demoliendo:ꝛ postea ꝓcedatur in opere. Alij dicunt qz est in ptāte illi9 qui edificat dare statim cautionem vel excepta re vt incontinenti vel vsqz ad tres menses ꝓbet.sed contrarium verū est.ut hic patet.

e Trium mensium.hoc sūptum est de illa.l.C. de edi.priua.l.vlti.b.

Rubrica de priuilegijs Supra de excessib9 platox:sz qz qñqz delinquūt subditi excedendo terminos priuilegiox suox:ꝛ dubitari posset de intellectu priuilegiox ideo de priuilegijs ꝛ excessibus eorū posuit.ō materia tractatur.xv.q.ii.per totum.facit qō habet.iii.di.priuilegia.ix.q.iii.§. sola vsqz ad fi.xi.q.iii.c.priuilegium.xij.q.ij.c.qui ex humanis.ꝛ reperitur in.vi.ꝛ cle.ab.si.

Episcopalia Maiores ciuitates vūtarat priuilegio episcopātus sunt honorande.b.d. vel aliter ꝛ sic:vt in rubro.ab.si

f Maioribus.lxxx.di.epi.vbi idē dr.arg.z̄.xciij.dist. legimus.ibi si auctoritas queritur post medium.c.in auc.de referendarijs.§.i.ꝛ.ii.sed hoc intellige quantum ad vulgi opinionem:qz vbicūqz est nomē epi habet:vt in.c.legimus.ꝛ sic referas ad factum quod hic dicit.

g Vilescat.simile est qz sponsa nō est statim tradenda:ne sponsus habeat eam minus charam.xxvij.q.ij.institutum.B.

b Sicut prēiudicantibus.i.prēiudiciū facere volētib9 ecclesie:qz ēt si peteret aurilium eox nō pp hoc prēiudicaret ecclesie.s. de of.ordi.c.i. Et sic ē argu.qz eccl'ia nō vult ius alterius sibi arrogare:qz iurisditio distincta esse dz.sic .s. de iudi.nouit.vbi de hoc.ꝛ.s.qui fi.sint legi.cām que.ii.vbi de hoc.

interim cessetur ab opere:an vero recepta cautione de opere demoliendo statim edificari permittat.b.d.cum sequenti.

Significantibus canonicis scē opportune innotuit nobis:qm cum sup eo qd .N. ciuis parisien.in quadā platea ecclesie sue eis probibentibus in suū edificabat prēiudicium ꝛ grauamen deposuerūt corā officiali parisien.archid.qōnem eis offerentibus icontinenti[a] ꝓbaf prēiudicium ꝛ plateaz ad suā ecclesiaz ptinere:ac petētibus vt nō obstante qd dict9 .N.cautionē de demoliendo opere offerebat:edificiuz ꝓhiberet. Et quia idē officialis interloquēdo decreuit[b] ꝓbationes eorū admittēdas esse:ac ab opere interim quiescēdū:idē .N.ad senonen.ecclesiam,puocauit[c]. Sed cum senon. officialis eadē interlocutoria reuocata decreuerit ad op9 sub cautione de demoliendo ipso non admissis eorum ꝓbationibus procedendū:predc canonici nostram audientiam appellarunt: ꝛ infra. Jōqz mādam9 q̄tenus si ē ita reuocato in irritum quicquid post appellationē huiusmōi iueneritis attentatum ꝛc. Reg.ix.

Sūmatum est.s.c.proximo

Si cui op9 nouū te nūciasse,ponis:nō obstante[d] cautiōe q̄ offertur ab ipso de ope ōstruendo si nō iur̄ edificatū existat:tenetur te ptriuz[e] mēsiū spaciuz expectare uris tui prēiudiciū ꝓbare volentem.

Rubrica de priuilegijs ꝛ excessibus priuilegiatorum.

Eo papa.

Epalis dignitas non debet tribui nisi locis insignib9 ꝛ populosis.

Episcopalia gubernacula nō nisi maioribus[f] populis ꝛ frequentioribus ciuitatib9 p̄sidere oportz. ne honor cui debent excellentiora ꝓmitti:sui numerositate vilescat[g].

Rego.ix.p.subdiacono.

Nō obstante priuilegio fori potest laicus ecclesie malefactor ꝓ ecclesiam puniri.

Sicut in iudicijs laicoruz priuilegia turbare nolumus:ita eis prēiudicantibus[b] nobis moderata nolumus auctoritate resistere. Violētes itaqz laicos cohercere[i] nō ꝓtra legē ē agere:sz legi facer subsidiū.

Lex.iij.i cōcilio lateran.

Religiosi etiaz exempti ecclesias ꝛ decimas non debēt a laicis recipere sine consensu diocesanorum .b.d.vsqz ad.§.excommunicatos.

Quam ꝛ plantare sacrā religionem ꝛ plantatam fouere modis oībus debeamus:nusquā hoc melius exequimur q̄z si nutrire ea que recta sunt ꝛ corrigere que profectum virtutis impediunt cōmissa nobis auctoritate curem9. Fratrū autē ꝛ coepiscopox nostrox cō questiōe comperim9 qd frēs tēpli ꝛ hospitalis ꝛ alij religiosi idulta sibi ab apo.se.priuilegia excedētes[k] ꝓtra episcopalē auctoritatē multa presumūt q̄ ꝛ scādalū faciūt ꝛ graue pariūt periculū aiarū:ꝛ ifra. Ecclesias igitur ꝛ decimas[l] de manu laicorū sine cōsensu episcoporū tā illos q̄z etiam quoscunqz alios religiosos recipere ꝓhibem9:dimissis quascūqz cōtra tenorē istum aliq̄ tpe[m] receperūt. Excōicatos[n] quoqz ꝛ nōiatim[o] interdictos taz ab illis q̄z ab aliis oībus iurta episcoporū sniam statuimus enitandos.

In ecclesijs vero suis q̄ ad eos pleno iure[p] nō pertinēt istituēdos presbyteros episcopis repūtēt: vt eis de plebis cura rūdeant: Jpsis vero ꝓ reb9 tpalib9 rōnē exhibeāt cōpetētē. Jnstitutos ēt inconsultis epis nō audeāt remouere. Nō si templarij hospitalarij ad ecclesiam venerint interdictam non nisi semel in anno[q] ad ecclesiasticum

1 Cohercere.si aliqd de iure ecclie sibi vsurpare presumpserint.s. de īmuni.ec.nō min9. ꝛ.c.aduersus.s. de fo.cōpe.cū sit generale.ꝛ q malos cohercet minister dñi ē.xxiij.q.v.q malos:ꝛ ministeriū prebet legi:vt ea.cā.ꝛ.q.ea. hōicidas. ꝛ hic.ad hoc.n. facta sunt iura vt mali puniant:vt.iiij. di.facte sunt:ꝓ leges.n. nemo bene facere cogit sed male agere prohibetur.xxiij.q.v.ad fi.

Nam.Jo.an.diuidit totam decretalez in tres ptes.nam in prima ponit exordiū ꝛ querelā epox decisam. scdo prouidet.tertio prorogat ꝛ penā imponit scda ibi ecclesias.tertia ibi:qō autē.ꝛ scda principalis subdiuidit in qnqz que oia patent ex sūmario ꝛ intellectu.ista diuisio ē bōa.ab.

k Excedentes.vnde illa perdere debent.xi.q.iij.priuilegium.lxxiij.di.vbi.

l Decimas.sic.xvi.qō.vij. decimas.iiij.ꝛ.s. de iurepa.qui autē.de ꝓsensu epox p̄sit eccle sias recipere.s. de iurepat.cura.decimas quas hīt laici in feudū ꝛ nō als p̄sit recipe de cōsensu epox.s. de his q̄ fi.a prela.cū apostolica in fi.decimas tamen de laboribus suis non soluūt.s. de dec.ex parte.

m Tpe:nisi ꝓscriptione muniti fuerint vel postea ꝓsensuz epi habuerit.s.ō iurep.cura.

Excōicatos Excomunicati ꝛ interdicti omnino nō debent admitti ad diuina ēt p religiosos exceptos.h.d.vsqz ad .§.in ecclesijs.Ab.si.

n Excōicatos. quos vitare tenent.nō obstāte aliquo priuilegio.j. de sen.excō.nulli.ꝛ de iure cōi qlibet tenet.xi.q.iij.excōicatos.qō ius priuilegiū non tollit:vt i decretali pdcā nulli.

o Noiatim.noiatum dr interdictus siue excōicatus:qñ proprio noie expresso aligs interdicitur vel alijs circunstātijs. in sti.de heredi.libe.§. noiatim.

In ecclesijs. Religiosi ēt exempti i ecclesijs ptinētib9 ad eos pleno iure nō instituūt nec destituūt icōsultis epis:sed rōnem exigunt de tpalibus ab istitutis.h.d.vsqz ad.§.qō si.

p Pleno iure.i.vtroqz iure quo ad spūalia ꝛ tpalia.j.eo.qñ. sed a ꝓrio vt q̄ si vtroqz iure ptineat ad illos q epos nihil possit attētare in illos.quod verum est:ꝛ ita institutio ꝛ destitutio quo ad tpalia ꝛ spūalia ad ipsos ptinet.xvi.q.ij.c. .i.ꝛ.j.e.qñ.ꝛ sic eccle iste eodem gaudent priuilegio quo ꝛ isti priuilegiati als vo si pleno iure ad eos nō ptineat seruabit qō hic dicit.sz cū pleno iure iste ecclesie ptinēt ad istos religiosos ex priuilegio pape:gs deponet presbyteros. Dōt dici q̄ illi primo vocabunt epm dioce.vt p eum adiunctis sibi alijs epis deposicio fiat: sicut faciunt in alijs sacramentis.ꝛ hoc collige fm tenorem priuilegioruz vt si primo debent recipere sacramēta ab epo dioce.fm q̄ in priuilegio ponitur vel ēt a quocūqz:ꝛ fm hoc vocabūt isti priuilegiati quoscūqz epos voluerint:alias possunt priuari offō ꝛ beneficio ꝓ abbates iusta cā interueniente: sed deponere non possunt:cum ad officium abbatum hoc nō ptineat.

Quod si templarii. Hospitalarij ꝛ templarij semel in anno celebrant in ecclesia posita in loco interdicto ibi tamen non sepeliuntur corpora mortuorum .h.d.vsqz ad.§.de tribus.ab.si.

q Semel in anno.de hoc habes.j.eo.priuilegia.§.illud bodie.an ꝛ qñ possit

celebrari in ecclesia sua in loco interdicto. vide bo. ter. in. c. fi. de senten. excō. in. vi. in fi. ⁊ quod ibi no. ab. si.

¶ De confratribus. Confratres exēptoꝝ seu ipsoꝝ oblati: q in totum non se transtulerunt iudicari pñt ab ordinarijs locoꝝ. h. d. vsq ad fi. ab. si.

a ¶ Nullatenus eximant. sic. j. e. tuaꝝ. ⁊. c. pe. ⁊ hoc iō q; p cōfraternitatē talez nō sūt q̄rsi illoꝝ: nec oblati ꝫ aliquā remissionē ꝙsequunt. j. e. ut p̄uilegia. vñ dixit oīno non reddiderint ⁊ ita remanet de iurisditione eꝑoꝝ: alꝫ p tribus vel quattuor denarijs posset quis eximi a iurisditione sui epi: quod esset iniquum. j. eo. vt p̄uilegia. §. hoc aūt.

b ¶ Priuilegioꝝ. sic. j. e. poro in fi. ⁊ iō nō debent hꝫe fructū illoꝝ ex quo ea nō seruant. j. e. tuarū. ⁊. c. petistis. ⁊. c. ut p̄uilegia. xi. q. iii. p̄uilegiū. ⁊ ita p abusum siue p delictum pdic̄ p̄uilegium: q̄re subiacebunt pp hoc interdicto eꝑoꝝ: ut in fi. sequitur. fi. §. de here. ad abolendam in fi. vbi de hoc.

Olecti. In prima ponit querelam. in secunda ibi pro certo. prouidet. Hb. si.

c ¶ Nō vultis. vñ pñt q̄ueniri q̄ iusticiā facere nolūt. xxii. q. ii. dñs. ⁊ iaūc. vt di. iu. §. pe. ⁊ vi. col. ix. ⁊. xxiii. q. v. administratores. ⁊ sic iudex facit litē suā pp dolū suū ⁊ ēt pp alios: vt. ff. de iudi. filiusfamilias.

d ¶ Contēnētes. ar. ꝯ iudices q; pbationes diligēter nō attēdunt. ar. xxx. q. v. iudicantem.

e ¶ Decurtabim⁹. nō sunt. n⁹ stua iura seruāda: q; ius alienū violare nō metuit. lxxiiij. dis. vbi. ⁊. xxv. q. ii. decet. ⁊ ō mupe. c. i. ⁊. ij. ⁊ arg. xcv. dis. esto subiectus: ⁊ qō qs iuris in alter statuit: uti dz codē. §. de cō sti. cū oēs. ⁊ ecclesiasticus ordo ꝙfundit: si cuilibet ius suū nō seruat. xi. q. i. puenit. ĩspiciant ergo p̄uilegia istoꝝ: ⁊ fm qō ibi ꝙtinet: ita obseruet. j. e. poro. ⁊ ita tanquā contēptores ⁊ negligentes punientur. Ber.

Adhec. Etiam p̄uilegiati q sepeliūt mortuos excōicatos eos exumulare tenent. h. d. vl' sic vt ī rubro. ab.

f ¶ Sepelierint. ita cōicādo eis in morte ĩciderūt in excōicationē q; cui nō cōicauim⁹ viuo ñ cōicem⁹ ⁊ mortuo. xxiij. q. ii. c. i. ii. ⁊. iii. ⁊. §. de sepl. sacris.

g ¶ Eiciāt. si potuerint discerni ossa coꝝ ab ossibus fideliuꝫ alꝫ nō. §. de sepulturis sacris. ⁊ nisi forte tales fuerint q petierūt absolui: ⁊ p eos nō steterit quomin⁹ fuerīt absoluti ⁊ q; p⁹ mortē sūt absoluēdi. j. de sen. exc. a nob. ii. ⁊ fm̄ suū isti emē dare tenent. si. lv. di. penitētes: alioqn archiepꝰ hoc faciet ī eoꝝ opprobriū. ala.

b Sī de terra. annos. ar. ꝯ. §. ꝫ pscrip. de q̄rta. xvi. q. iii. §. q̄s actiones: ⁊ ē ex pssum. j. e. accedētib⁹: ubi tm̄ xl. annoꝝ spacio pdic̄ p̄uilegiuꝫ. vbi de b.

i ¶ Tpe. sic pz q; p̄uilegiū pdic̄: nisi qs vtaī ipso. j. e. accedētibus. sic ēt leges p̄ dissuetudinē abrogant. ff. de legib⁹: de qbus. multo fortius p̄uilegium: q; res de facili ad suam naturā reuertitur. ff. de pac. si vn⁹. §. q; si nō totū: sed pp hoc quantū ad alios nō pdic̄.

k ¶ Renunciare. sic. j. e. accedētibus. ⁊. §. de regu. ad apostolicam. ⁊. c. statuimus. ⁊. vij. q. i. q̄ periculosuꝫ. ⁊ remittentibus actiones suas nō est vlterius ĩgressus ad eas. ff. de edil. edic. l. querit. §. si venditor. arg. ꝯ. §. de fo. compe. si diligenti. vbi plene de hoc tractatur.

Prio. Priuilegioruꝫ tenor inspiciendus est ⁊ seruādus. h. d. vel aliter: ⁊ sic vt in rubro. ⁊ pōt exemplari ter. p. c. nuper. §. de decimis. ab. si.

l ¶ Quāuis. i. q; in antiqua erat qm̄ ⁊ melius. sic̄ quāuis. §. de iureiu. quemadmodum ibi: quāuis ĩterdū ⁊c. vel quāuis. i. cū. sed ꝓpue nō videt posse stare officium admittātur: nec tūc ibi sepeliantur coꝝpa defūctoꝝ. ¶ De cōfratribus hoc cōstituimus: vt si nō se p̄dictis fratrib⁹ oīo reddiderint: sed in ꝓprietatib⁹ suis oīmodo durerint remanenduꝫ: pp hoc ab eꝑoꝝ suoꝝ sñia nullatenus eximantur[a]: sed ptātē suā ī eos sicut ī alios parochianos suos exerceant cum p; suis fuerint excessibus corrigendi. ¶ Quod autē de p̄dictis fratribus dictū ē: ab alijs quoq; religiosis q presumptione sua eꝑoꝝ p̄cipiūt iura: ⁊ cōtra canonicas eoꝝ sñias ⁊ tenorem p̄uilegioruꝫ[b] nr̄oꝝ venire presumūt p̄cipim⁹ obseruari. Si cōtra istitutum hoc venerint ⁊ ecclesie in quib⁹ iste presumpserint subiaceant interdicto ⁊ qō egerint irritum habeatur.

Idem archiepiscopis ad quos littere iste peruenerint.

¶ Suis p̄uil[illegible]ijs priuandus est qui alienis derogat.

Olecti filij frēs hospitalis hierosolymitani trāsmissa nobis conqōne mōstrarūt: q; uos eis ō malefactoribus suis iusticiam facere nō vultis[c] p̄uilegia ipsoꝝ recipere cōtēnētes[c]: ⁊ ifra. ¶ Pro certo sciatis: q; nos cōcessa uobis p̄uilegia decurtabim⁹[e] cū ecc. ro. scriptis auctēticis obuiare minime teneatis.

Idez cātuarien. archiepiscopo.

¶ Etiam p̄uilegiati non pñt admittere excōicatos ad sepulturā: ⁊ si admiserit: debēt ide eos eijcere: ⁊ si nō fecerint episcop⁹ supplebit.

Adhec ⁊ ifra. Mandamus q̄ten⁹ hospitalarijs precipias vt si quos in excōicatōe defunctos ī cimiterijs ecclesiarum sepelierit[f]: eos extra cimiteria eijciāt[g]: qō si facere noluerint tu hoc de his quos ī excōicatione defunctos esse cōstuerit exequaris.

Idem abbati ⁊ mōachis sancti andree cisterciēn. ordinis.

¶ Cōtra p̄uilegiū ecclesie p̄scribitur spacio. xxx. annorū. bodie vero. xl. vt infra eo. accedentibus.

m ¶ Libertatem. supple quā in alijs: imo habent eandem in his quā in alijs possessionibus: hoc tñ deprehendit ex eoꝝ p̄uilegio: vt. j. dicit. ⁊ ita res ad eos deuoluta censet eodem p̄uilegio cum alijs. ff. de vsu. cuz qdam. §. si debitores. ⁊. ff. de iure fi. fiscus.

n ¶ Ex ĩspectione. ⁊ ita ĩspicieda sunt p̄uilegia: ad hoc vt sciat qd ꝙtineatur ī eis. j. e. ſcipimus. ⁊. §. ō fi. istr. accepim⁹. ⁊ in auc. de māda. pn. §. si qs aūt. ⁊ est ar. q; iudex dz facere copiā rescripti partib⁹ ad ĩspiciē dū: nec suffit̄ sola recitatio rescripti: q; falsitas posset ibi cē q̄ ex sola lectione deprehendi nō posset: ⁊ ex eo qō dic̄ ita obseruet: no. nō esse recedēdū a forma v̄boꝝ. §. de decimis ad audiētiā ⁊. §. de trāsla. ĩter corporalia. ⁊. ff. de leg. iii. nō aliter. itē ar. fines mandati diligēter seruādos. §. de rescrip. cū dilecta item ar. nulli esse credē duz q; dicit se hꝫe p̄uilegiū: nisi illud oīdat. §. de of. dele. cuz in iure. ⁊ ar. ad hoc. xlii. di. gesca mus. ⁊. c. di. ꝯ morē. ⁊ j. eo. cum capella. B.

o ¶ Tenorē. sic. §. e. cū ⁊ plātare in fi. ⁊. j. e. petistis: ⁊ ita p̄uilegiū in sua forma tm̄ fuari dz ⁊ nō vltra extēdi: alias p̄uilegium nō defenderetur in aliis. b.

Recepimus. Solutio census nō pbat quē exēptū nisi ex alio deprehēdit vt q; soluit ad iudiciū pcepte libertatis. h. d. vl' aliter ⁊ sic vt in rubro. primo ponit ꝙsultatio. sc̄o respōsio ibi: ceterū. ab. si.

p ¶ Oēs. sic̄ tēplarij: ⁊ hospitalarij ⁊ cisterciē. qui censum non soluūt. rōe ecclesie sicut credo.

q ¶ Inspiciēda. de hoc dictū est. §. c. pri.

r ¶ Libertatis. vbicūq; ĩueneris hec v̄ba in p̄uilegijs: statiz ītelligas illos esse in toto exēptos a iurisditione eꝑoꝝ vt hic patet.

s ¶ Protectiōis. lz papa recipiat aliquos sub sua protectione: nō sūt p̄ pterea subtracti a iurisditione eꝑoꝝ. j. e. ex parte. ii. ⁊ sic p cōfirmationē in forma cōi nō p̄iudicat episcopo loci. §. de cōfir. vti. c. vlti. ⁊ quasi p totum. arg. §. de maio. ⁊ obe. p tuas arg. ꝯ. §. de cleri. peregri. c. vno. Quid ergo valet talis protectio: certe parū: sicut parum valet cōfirmatio ī forma cōi: tñ aliqua reuerentia plus debet illis q̄ alijs. argu. decret. predi. per tuas. ⁊ forte citius papa mouetur p̄ eis cū iniuste grauent ad iustas concedendas.

Sane. Sane p̄uilegiuz non extendit ad psonas in eo nō expressas. h. d. vel aliter ⁊ sic vt in rubro. ⁊ solet quotidie allegari. ab. si.

t ¶ Temerariū. bocī dicit: q; que p p̄uilegiū ꝙcedunt: nō debēt trahi ab alijs auctoritate ꝓpria in exēplū vt hic. xvi. q. i. hinc ēt: q; p̄uilegia cōem legem nō faciūt. xvi. q. ii. nō exēplo. §. de cōcess. p̄bē. ꝙstituꝰ ī fi. ⁊. ff. de cōsti. p̄in. l. i. C. de legi. leges in fi. ⁊. vii. q. i. petisti. ⁊ ar. c. di. ꝯ morē. arg. ꝯ: q; qō vni psone ꝙcedit ceteris denegari nō dz. v. di. ad ei⁹ vo. ⁊. iiij. di. deniq; non sunt ꝯ q; loquunt de cōi iure: qō. n. de iure cōi vni cōceditur: oībus cōcessum intelligitur: secus de iure spāli in quo ca-

ſij loquuntur prime concordantie.

a ¶ Certa ratione. no. ꝓuilegium non eſt dandum niſi certa ratione inſpecta: vt. iij. q. i. petiſti. ꝛ non ſubito: ſed cum magna deliberatione. xxiij. di. cōmunis filius: ꝛ. xvj. q. i. in parochia.

b ¶ Singularib⁹. bñficijs. i. ꝓuilegijs q̄ ſingularia ſunt ꝛ priuata a lege cōi. iij. di. ꝓuilegia.

PAtentibus. Due ſunt partes cōſultatio ꝛ rñ. ſcōa ibi rñdemus. ꝛ tene mēti iſtum tex. qr quotidie allegat ꝛ eſt ī uſu. ab.

c ¶ Non lz. nec ēt miſſas ibi celebrare. de cō ſe. diſti. i. vnicuiq; ꝛ. c. clericos ꝛ. c. ſi quis.

d ¶ Potius ꝓ te. arg. q̄ exēpti ſi excedant metas priuilegior⁹ ſiue publice deliqrit: q̄ poſſint ab epis coberceri. ar. j. eo. c. ꝓpoſi. vbi de hoc: arg. opti. s. de ſta. regula. c. recolentes.

e ¶ Nō ipediāt. arg. q̄ papa fic idulget priuilegium: vt nō ledat ſiue ī pediat iuſticiam aliorū. ff. ne qd in loco publi. l. ij. §. ſi quis a principe ꝛ. s. de vſu pal. ex tua ꝓpoſi. q. iij. ſi qs nō obediat: ꝛ. xxij. q. ij. ꝓmum. ꝛ. ff. de condi. inde. nam his: ꝛ. s. de conſue. cum olim: ꝛ. s. de eccle. edi. ad audientiam. ij.

VArum nos. In prima ponit querela ꝛ cōſultatio. in ſcōa rñſio ibi: verum: ꝛ in prima ponuntur q̄tuor exceſſus iſtorū hoſpitalariorum. Ab. ſic.

f ¶ Collata. non pleno iure: ut. j. patet.

g ¶ Ad recōciliationē. per aquā benedictaꝫ cū vino ꝛ cinere ꝛ ꝓ ep̄z tātum ꝛ nō per ſimplicem ſacerdotē. s. de cōſe. eccleſie. vel alta. ꝓpoſuiſti: ꝛ. c. aqua. ſed nōne ex priuilegio ſaltem ſemel in anno poſſent ibi celebrare ante reconciliationem: vt. s. eo. cum ꝛ plantare. §. quod ſi: ꝛ. j. eo. vt priuilegia. dicas q̄ priuilegium non extenditur ad hunc caſum q̄ diu fuerit ſic execrata: vt. j. eo. c. ibi donec reconciliata fuerit ꝛc. ꝛ qr hoc ē interdictum iuris ꝛ non hominis qui celebrat in tali eccleſia nō eſt ſuſpēſus nec irregularis. hic tamen eccleſia fuit interdicta a iure ꝛ ab homine. ꝛ ſic diuerſa ē hec pena: arg. s. de cleri. exco. mini. ſi celebrat: ꝛ. c. poſtulaſtis. §. queſiuiſti. Ber.

b ¶ Emancipare. i. liberare de poteſtate epiſcop orum.

i ¶ Amittere. xi. q. iij. priuilegium.

k ¶ Signatos. per hoc patet q̄ lz portet aliquis habitum regularem nō obligatur. dummodo conſtet q̄ non animo obligandi hoc faciat: ut iſti faciebant: quia in tali caſu habitus non facit monachum. s. de regula. ꝓpoſuit: argu. contra. s. eo. ti. ſtatuimus: ſed illud verum eſt: cum cōſtat q̄ animo vouendi habitum recepit profeſſorum. nec obſtat. xxvij. di q̄ interrogaſti: ꝛ. s. de regula. vidua. xx. q. i. quem progenitores. quia illa intelligebantur olim: quando ab initio factum erat ambiguum. ꝛ per hoc videtur ſolui queſtio de eo qui ſimulando ſe monachū corrupit monialem. quia non eſt compellendus ad monachatum: alias tamen puniēdus eſt exilio: etiā ſi iocoſe ſcemate monachi vſus eſt. in auc. de ſan. epiſ. §. ultimo. col. ix.

l ¶ Exhortationis. i. predicationis.

m ¶ Beneficio: puniantur enī iſti tanq̄ falſarij. s. de cri. fal. c. ij. laici. n. excōmunicantur. eo. ti. ad falſariorū.

n ¶ Priuilegij. bñficio. ſic ergo vī q̄ ordinarius poſſit punire exēptos cum publice delinquunt: qr hic priuantur officio ꝛ beneficio nuncij iſtorum. ꝛ epiſcopis interdicitur officium exhortationis ab ordinario: ꝛ. s. ō bereti. ad abolendam in fine: ſed vbi dicitur tanq̄ a ſe. apoſto. delegat⁹ ꝛ indignū aliquē ſibi ſua auctoritate preſumere: quod romana eccle. alicui certa ratione[a] inſpecta ſingularibus[b] voluit bñficijs īdulgere.

CEleſtinus. iij. abuleñ. epiſcopo.

¶ In oratorijs priuatis campane publice teneri non poſſunt etiaꝫ p religioſos.

PAtentibus litteris certificari deſideras: utruz templarijs hoſpitalarijs ꝛ alijs oratoria ī domibus ſuis habentibus liceat campanas in eis ponere publiceq; pulſare. ¶ Reſpondemus autem conſultati. ꝛ. q̄ nō lz eis hoc agere: q̄n potius[b] per te per cenſuraz eccleſi. appel. re. cobercēdi ſunt vt ita ſint ſuo iure contenti q̄ iuſticiā nō impediant[c] aliorum.

INno. iij. archiepo lugduñ.

¶ In tota prouincia exhortatōis officio priuātur hoſpitalarij q̄ mittūt ꝓ elemoſynis cruce falſo ſignatos. ꝛ ſi miſſi ſunt laici excommunicātur ſi ſunt clerici ab officio ꝛ beneficio ſuſpenduntur: ꝛ eadem ſuſpēſione puniuntur qui ante recōciliationem in polluta eccleſia celebrāt ꝛ ſuſpenſi ꝓ epōs exemptos abſolui nō poſſunt: ꝛ fratres priuilegiatorum qui ad eos ſe oīno nō transferunt priuilegiati non ſunt.

TArū nos teno⁹ edocuit litterarum: q̄ fratres hoſpitalis ſcī ioānis laicos ꝛ illitteratos mittunt pro elemoſynis colligendis: ꝛ infra. Cum in quadam eccleſia baptiſmali eis a predeceſſore tuo collata[f] quidam eorum percutiens vicarium ſacerdotem ipſam eccleſiam ſanguinis effuſione fedaſſet: vſq; ad recōciliationem[g] diuina ibidem interdixiſti officia celebrari: ſz nihilominus ipſi in ea diuina officia celebrārūt. Alios vero preſbyteros ab officio ſuſpenſos per epiſcopos ſuos ijdem cū ſint laici ad diuina officia reſtituunt exequēda. Quoſdam preterea qui cum vxoribus ſuis in domibus ꝓprijs cōmorantur: eo q̄ eis de ſuis aliquid conferunt annuatim: ita emācipare[b] contendunt ut aliquibus ſecundum legem terre de ſibi obiectis reſpondere minime teneātur ¶ Verum quia priuilegium meret amittere[i] qui pmiſſa ſibi abutitur poteſtate. ꝛ. mādamus quatenꝰ ſi quos clericos aut laicos a dictis fratribus pro colligendis elemoſynis cruce falſo ſignatos[k] iueneris: his a quibus ipſos miſſos eſſe conſtiterit per totam prouinciam ſuam exhortationis[l] officium interdicas.

Miſſos ſi laici fuerint excommunicatiōis mucrone ꝓcellas: ſi clerici ab officio beneficioq̄[m] ſuſpēdas nullo priuilegij[n] prorſus beneficio vel appellationis remedio preualente. Eos uero quos in predicta eccleſia lege tibi dioceſana ſubiecta poſt interdictum tuum diuina celebraſſe cognoueris: eadem pena ſuſpēſionis[o] inuoluens in ea donec reconciliata fuerit officia nō ꝓmittas celebrari diuina. ¶ Preſbyteros etiam ſuſpenſos ab epiſcopis ſuis ꝛ per dictos fratres ad vnde non videtur q̄ iure ſuo ꝛ rōne delicti ſortiꝫ qs forū. vj. q. iij. placuit: ꝛ. s. de fo. compe. c. vltimo. ꝛ. iij. q. vij. ibi cauſa agatur. ꝛ. s. eo. cum ꝛ plantare ī fine. ꝛ. s. c. proximo. ꝛ ratione delicti perditur priuilegium: vt hic dicitur. ꝛ. xj. q. iij. priuilegium. Item reatus oēm honorē excludit. C. vbi ſena. vel clariſſimi. l. i. ꝛ qua in prouincia quis deliquerit: illic iuri ſubiaceat omni priuilegio ceſſante. C. vbi de crimi. agi opor. autenti. qua in prouincia: nec enim pretertu priuilegij flagitiorum creſcit auctoritas. C. de priuileg. ſcho. l. ij. lib. xij. ꝛ remiſſio peccatorum non dat licentiam delinquendi. i. q. vij. exigūt. ō peni. diſtin. iij. ſane. ꝛ dicit Imperator. non permittas delinquētes aliquibus priuilegijs vti. in auc. ō manda. prin. §. q̄ ſi delinquētes colſt. iij. Sed contra videtur q̄ nō poſſint illos punire. xvj. qō. i. frater noſter: ꝛ. s. de ſupplen. negli. pla. ſicut nobis: ꝛ. j. e. cum capella. ſi enim tales poſſent puniri vt alij: inutile eſſet eorum priuilegium. Item ꝓ cōſul nō pōt ſe intromittere de cauſis fiſcalibus qui eſt maior omnibus poſt principem. ff. ō offi. procō. ſi in aliquem. §. ij. alias eſt lex ꝛ icipit nequaquā. vin. dirut q̄ ordinarius nō poteſt interdicere eorum eccleſias quando totam terram ſubijcit generali interdicto. Sed ctra hoc eſt. s. de cōſuetu. cum inter vos: ꝛ. j. de verbo. ſignifi. cum in partibus. Sed uerius dicas: q̄ licet non poſſet interdicere illorum eccleſias ipſi tamen de iure communi tenentur ſeruare interdictuz generale: vt dicunt iura duo proxima alias poſſet illos punire. s. c. ꝓpoſi. cuz publice delinquunt. Item pro leuibus ꝛ minimis cauſis non poſſunt epiſcopi ſe intromittere: nec excommunicare eos: vel ſi aliquis illorum eſſet infamatus: non poteſt cōpelli vt ſe purget. Nam papa nihil aliud eis conceſſit. niſi q̄ eos filios ſuos fecit: ſed ī aliſs cum publice delinquunt nō abſtulit eis iuriſdictionem: alias nihil aliud eſſet niſi dare materiam delinquendi. ꝛ q̄ poſſint puniri quando publice delinquunt: hic patet: ꝛ. s. c. ꝓpoſi. ꝛ hoc idez dicit Tan. Alij dicunt: q̄ nullo modo poteſt eos punire: ꝛ papa ſibi hoc reſeruauit. ꝛ hoc volūt ſic probare. Papa bene ſcit q̄ templarij ꝛ hoſpitalarij ꝛ alij exempti ſēper ſunt in aliena parochia: ꝛ ſcit q̄ delinquunt: ꝛ dicit q̄ non puniantur: vt p iura patet in contrarium allegata: ꝛ quia ſi aliqui dicuntur curiales puniuntur vbi inueniuntur: niſi ſint in armata militia: tunc conueniūtur ſub magiſtro militum niſi habeant priuilegium imperiale. C. ubi quis de curiali vel coartali aliaue condi. puni. l. ij. ꝛ illuſtres non puniuntur niſi ſub iudicibus a principe ſpecialiter deputatis. C. vbi ſena. vel clariſſi. l. iij. circa medium. Joan. diſtinxit ita. ſi priuilegiatus delinquit circa rem non exemptam: vt in cōtractu uel maleficio occidendo hominem vel adulterando. tale delictum poteſt punire epiſcopus loci: qr ꝛ ſi pſona ſit exempta res tamen in quā deliquit non eſt exempta: ꝛ ita q̄ſi rōne rei in quā delinquit ſortitur qs forum ꝛc. s. de fo. cōpe. c. vlti. ſi vō deliqt circa rem exemptam puta male gerendo ſe in officio ſuo: uel alienando res eccleſie: tunc a ſolo papa punitur: qr in his exemptus eſt. vbi enim factum eorum ꝓiudicium affert non exemptis: ibi bene punit epiſcopus eos: ſecus ſi non tāgit. ꝛ hoc probatur ſatis. j. eo. cum capella. ſi vō aliud ſpecialius in priuilegiis ſuis inuenitur illud ſeruetur. s. eo. porro. Inno. papa ſtatuit: q̄ exempti ſubſint ordinarijs rōne delicti ſiue contractus aut ratione rei de qua contra ipſos q̄ſtio mouetur ꝛ coram eis poſſunt conueniri: ſed ſi delictum commiſſum ſit in loco exēpto ſiue contractus initus: aut res litigioſa ſit in loco exempto tunc non poſſūt conueniri coram ordinarijs: vt dicitur in quadam conſtitutione Innocentij q̄rti eodem titulo volentes.

o ¶ Pena ſuſpenſionis. ſ. officij ꝛ beneficij: ꝛ poteſt hoc referri ad factum cū de iure ſint ſuſpenſi violando temere interdictum. prout notatur. s. ō exceſſib⁹ prelatorum. c. vltimo in magno no. ſed ſi ſcienter celebrent poſt interdictum iuris debent ſuſpendi. ꝛ tunc proprie dicitur ſuſpendi. b.

officia sua temere restitutos in eandem sniam suspēsionis reducas[a]. Illos uero quos ad rñdendū aliis scōm legē terre ꝑ premissa cā asserunt nō teneri: nolumus excusari[b] quin eos ad respōdendū sub apostō. ipedimēto compellas.

Idem abbati ⁊ cōuentui sancti petri. eugub.

Cōtenta i istrumēto ꝓdito probari ꝑsit ꝑ testes q illō plegerūt: si ō ponūt ō tenore ⁊ q̄ erat sine vitio.

QAm olim essemus apud perusiū constituti: ⁊ tu filj abbas ꝓuilegiū lucij[c] pape nobis pntans postulaueris innouari: ꝓp cōtradictionē eugubini epi asserētis hoc i suum preiudicium redūdare: non fuit effectui mācipatum: ⁊ infra. Te igit ⁊ prefati epi procuratoribus in nostra pntia ꝓstitutis. b. basilice. xij. apostolorū presbytero cardi. dedimus i mandatis vt sup amissione ac tenore ꝓuilegiorū testes recipet quos duceres ꝓducēdos. q fideliter redegit in scriptis depositiones x. testiū iuratorū: quorū depositionib⁹ publicatis dcī ꝓcuratores ad producēdos testes ꝑ quos iductos a parte aduersa repellerent induci as postularunt: quas sub eo tenore illis duxim⁹ cōcedēdas: vt apud se. apo. ꝓbarēt q̄ vellēt: vbi onus[b] ꝓbationis pars altera subijsset: et infra. Nos vero tam ꝑ depositiones testium q̄z assertiones quorūdam fratrum[c] nostrorū liquido cognoscētes talem dicti ꝓuilegij fuisse tenorē: q̄ videlicet cenobiuz uestrū nullo mediāte ad ro. ecde. ptineret: ⁊ q̄ ñ liceret alicui epō eidez monasterio et eius ecclesijs excommunicationez indicere: vt fratres illic dño seruiētes ab oi ptāte liberi ro. ec. libertatis gratia potirent: et q̄ nulla in eis mētio dioce. epi habebatur. Illud ēt attendētes: q̄ cū tu filij abbas tpe celestini pdecessoris nostri ad ipi⁹ pntiā accessisses: ipe inspectis ecclesie tue priuilegijs iz excommunicat⁹ ab eugubin. episcopo diceretis: tanq̄z non ligatū[s] admisit ad osculuz: quod presumitur nō fecisse nisi mōasterium vr̄m cognouisset ad ro. ecclē. spāliter ptinere: decernimus ꝓuilegiuz illud lucij pape: quod sine reprebēsiōe[b] bulle charte vel lr̄e apparebat quā do fuit nobis ostensum: illius fuisse tenoris cuius per depositiōes testium ⁊ assertiones fratruz nostrorum noscitur extitisse.

Dez catbalenen. electo ⁊ abbatī trium fontium.

Innouatio priuilegiorum ius nō tribuit: sed antiquum cōseruat b. d. quo ad titulum.

QX parte abbatisse ac sororum iotren. ecclesie extitit intimatū q̄ meldeñ. epūs cōmissiōis occasione cuiusdā per litteras ad iudices delegatos obtēte: in qua nulla mētio[l] habebaf de ipsaruz priuilegijs que illas ⁊ earum ecclesias clerum ⁊ populuz iotreñ. ad apo. se. nullo mediante spectare declarant: quorum ipse nō erat ignarus[k] eos incesserit grauiter molestare obedienti az ab ipsis ac clero ⁊ populo iotrē. subiectionem omnimodam requirendo ⁊ infra. Uerum cuz iudices ipsas valde grauarēt ad ap. beneficium cōuolarūt: ⁊ infra. Sed iudices ap. nō deferentes nec fragilitati sexus compatiētes earuz in abbatissam excōicationis ⁊ in clerum ⁊ i populum iotreñ. iterdicti sniās ꝑ tulerunt. Sane cum iam nuncij iotren. ecclesie ꝓdicta ⁊ alia i nostra pntia retulissent: priuilegiuz nobis apostolicum ostenderūt per quod ecclesiam iotreñ. cōstabat ad ro. ecclesiam spāliter[l] pertinere. Nos autem eosdez nuncios propter appel. predictam diutius detinentes: q̄z tandem nullus apparuit idoneus responsalis qui partem defensaret aduersam: priuilegium apostō. se. ecclesie iotreñ. cōcessū duximus inouāduz[m]: ita tamen vt per innouationem ipsius eidem ecclesie nō plus iuris accrescat q̄z per priuilegia predecessorum nostrorum obtinuit: cū per hoc nō nouum ei cōcedere sed antiquuz[n] ius cōseruare velimus.

Idem columbrie. episcopo.

Ecclesiā vtēs duplici ꝓuilegio exēptiōis: iz succūbat ex vno: pōt nihilominus ex alio se iuuare ⁊ obtinere: nec tenetur exemptus ꝓmittere obedientiam diocesano vigore tamē exemptionis nō potest sine licētia diocesani ecclesiam construere in loco nō exēpto: ⁊ si exemptus de facto in loco nō exēpto cōstruit ecclesiā cedit iuri epi.

QAm oli propter questiōes q̄s aduersus priorem ⁊ canonicos monasterij sancte crucis habebas. pro quibus ad audiētiam nostram fuerat appellatum[o] moram feceris longiorem: quia pro parte altera nullus comparuit responsalis: eisdem certum terminum duximus prefigendum ꝑ in quo uenirēt vel mitterent super priuilegijs omnibus et libertatib⁹ que a ro. pōti. opponat. C. de fide instru. l. vl. si queras qualr ꝓbaf pditio instrī: vic q̄ ꝑ iuramētū illius q̄ perdidit: arg. predi. l. prori. sic ⁊ amissio aliarum rerū probatur per sacramentum. C. vnde vi. si quando. ⁊. s. q̄ me. cau. c. vl. ⁊. i. q. ij. in primis. hac eadez ratione videtur: q̄ si impetrasti litteras ad delegatos ⁊ eas amiseris: si probas amissionem ⁊ tenorem litterarum q̄ fuerint sine aliqua falsitate ⁊ sine vitio suspitionis per legitimos testes qui discreti essent cognoscere litteras de vitio falsitatis posset dici q̄ postea possunt procedere. arg. huius decre. Ber.

QX parte.

Primo ponitur appellantium conquestio priuilegij productio ⁊ de ipsius innouatiōe decisa petitio. in secūda ibi: nos autē. ipsius innouatio ⁊ prestatio. ab. si.

[i] Nulla mētio. vnde videtur q̄ littere nō valebant. s. de rescri. cum ordinem.

[k] Non erat ignarus. vnde videbanf valere littere cum ex certa scientia veritas sit suppressa ⁊ talis qua expressa litteras non habuisset. s. de rescrip. sup litteris. vi.

[l] Specialiter pertinere. ⁊ ita sententie nō tenuerūt: tum q̄z post appellationem: tum quia specialiter sedi apo. subiecte sunt. sic. s. c. prori. sic. s. de religio. do. cuz dilecti⁹. vñ papa omittit alias sententias tanq̄ nullas: vt. s. c. pri.

[m] Innouandum. si contradictum fuisset tali innouationi: papa nō statim innouasset. s. c. proximo.

[n] Sed antiquuz ius. no. ergo q̄ per innouationem nihil iuris acqritur sed antiquum reseruatur. argu. xij. dist. preceptis. ⁊. s. de cōfir. vti. vsiuti. dilecta: ⁊. j. eo. q̄z intentionis.

QAm olim.

Habet multa dicta sed quo ad titulus. b. d. vt in rubro. prima pars narrat factum. secūda ponit diffinitionē ibi iudices. tertia petitionem monasterij contra sententiam ibi: tandem. quarta ponit sententiā pape: ⁊ primo interlocutoriam. secundo diffinitiuam ibi: distinguentes. Abbas siculus.

[o] Appellatum. ex p̄te canonicorum.

[p] Prefigendum. ad instantiā episcopi.

[a] Reducas. i. ostendas illos ab eis non fuisse absolutos. hoc est sicut de facto fuerunt absoluti ita de facto reducas illos in eandem sententiam.

[b] Nolumus excusari. sic. s. eo. cum plantare. §. pe. ⁊. j. eo. c. pe.

QAm olim. Priuilegium deperditū docto de pditione ⁊ eius tenore per testes innouatur. b. del aliter ⁊ sic: priuilegium perdituz de cui⁹ ueritate ⁊ tenore ⁊ perditione constat per testes potest innouari. b. d. ⁊ est casus no. in prima p̄te ponitur processus narratio. in scōa diffinitio ibi: nos vero potest etiam tertio summari: ⁊ sic ut in rubro ⁊ nō est alibi casus ita clarus. Alb. sic.

[c] Lucij. qō postea fuit amissum: vt. j. sequit.

[d] Onus. ideo. n. isti apud sedem apo. testes suos producere debent: q̄z pars altera suos ēt ibi pdurit: ut sic bincinde seruetur equalitas.

[e] Fratrum. istis nō creditur tanq̄ testibus: cum iurati nō fuerunt: q̄z inducti non fuerint testes: sed q̄z ipsi viderant priuilegium credit eis papa tanq̄ fratribus suis ⁊ bonestis viris sed non probationem: sed presumptionem inducūt ⁊ coadiuuant testes inductos.

[f] Diocesani. ⁊ ideo nullum ius reseruauit sibi epō in monasterio illo er quo verba plene exceptionis cōtinebantur in priuilegio illo: ut. s. patet. ⁊ ar. s. eo recepimus.

[g] Ligatum. cum non esset index suus. s. de consue. ad nostram ⁊. ij. q. i. in primis. ⁊ sic ipso facto denūciauit ipsuz nō ligatum. ⁊ sic sententia a non suo iudice lata seruari non debet. s. de iudi. at si clerici. arg. contra. j. de sen. excom. cuz de fideres. §. i. ⁊. c. vlti. ⁊. c. si aliquando. vbi de hoc.

[h] Sine reprebensione. hoc est no. diginuz: q̄ si aliqs vult probare amissionem instrumēti oportet q̄ plura ꝓbet: videlz tenorem instrumenti ⁊ ꝓterea q̄ sit sine aliquo vitio quo posset argui falsitatis: ut hic patet ⁊ ar. C. de fi. instru. l. ult. s̄ nū quid legatus potest ꝓbare pari ratione amissionē instrumēti sue legatiōis. dico q̄ nō. s. de offi. delega. cum iure. arg. C. de man. prin. l. vna: q̄z nō est aliqs ibi supior coram quo fieret probatio: alias tamen si honestus ⁊ notus esset potest ⁊ debet ei credi. argu. xcvij. dist. nobilissimus. Item quandoqz sufficit probare tantuz amissionem instrumenti: licet alia nō probētur. C. de proba. si ō possessione: sed hoc est in odium illius qui fuit instrumentum furatus: alias non sufficit ꝓbare solam amissionem vt hic pz. C. de testi. testiū in fi. itē si instrumentum fuit exhibitum in iudicium: ⁊ ei fides est impositā: si postea perdatur adhuc potest aduersarius instrumentum reprobare: prestito iuramento tñ q̄ maliciose hoc non

a Diffinitiuam: hoc ideo dicit: quia iam processum fuerat in causa ad plenum per iudices a quibus fuit appellatum: alias hec non haberent locum.

b Et monacho. nota ꝙ causa delegatur monacho. s. de fo. competen. cõquestus: quod est verum expresso nomine monachatus: quo tacito nõ valerent: quia per surreptionem essent obtẽte: quoniam monachi a strepitu causarum remoti esse debent. s. de iudi. c. vno. vnde oportet ꝙ in litteris fiat mentio de monachatu. s. ō prescrip. cum ordinem. ⁊ s. de confir. vti. porrecta. similiter nec procurator esse potest etiam pro vtilitate monasterij sine licẽtia abbatis. xvi. questione. i. monachi. ⁊ .c. de presentium abbas tamen potest esse procurator. s. de censi. sopite. ⁊ s. de transac. contingit: hodie non committit causa a papa vel ab eius legatis: nisi psonis in dignitate constitutis vel canonicis in cathedralib⁹ ecclijs vel alijs collegijs venerabilibus vt in decre. Innocen. iiij. in concil. lugduneñ. presenti decreto de prescript. nec debent committi nisi in ciuitatibus vel alibi vbi possit haberi copia peritoruꝫ: vt ibi dr.

c Quibus. Sed cum appellatiõ fuerit ab istis iudicibus quomodo debent se amplius intromittere? Dic ꝙ hoc fuit de uoluntate partium: alias non compellerentur. ⁊ poterunt canonici appellationi renunciare sic. s. de excep. significauerũt: ⁊ quia papa hoc mandat. ⁊ quia ñ fuerũt prosecuti appellationẽ: perinde est ac si non appellassent.

d Ac probandum. et hoc additum erat in litteris: vt si de partium procederẽt volũtate diffinitiuam sententiam ꝓmulgarent: vt probant sequentia.

e In expensis: quia pars monasterij nõ fuit prosecuta appellationẽ vnde debuit condẽnari in expensis. s. de appellatio. sepe. ⁊ .c. reprehẽsibilis: de hac materia dr. s. de dolo. finez certa quantitate expressa: ⁊ taratione premissa.

f Juraueras. probatio ista expensarum per iuramentum solum fit: ut hic patet. ⁊ .C. de iudi. sancimus: taratione premissa: ut eadem. l. ⁊. iij. q. iij. offeratur. ⁊ s. ō ꝓcura. constitutis. ⁊ s. quod me. cau. c. vlti.

g Extorto. consensus seu confessio per metum extorta nõ valet. xv. q. vi. c. i. ⁊. ij. ⁊ .C. de his que vi metusue cã fiunt. l. iij. ⁊. s. eo. ti. platũ. ⁊ xxvi. q. ij. lotharius. Ber.

h Restitutionem. qz quicquid post suam cõsecrationem acquisiuit. episcopatui acqsiuit: quare donare illa nõ potuit: qz qui nihil habet: nihil donare potest. xvij. q. i. statutum. liiij. distin. abbati. ⁊. s. de iurepatro. ꝙ autem in fi.

i Reuocari. no. ꝙ ecclesia sine auctoritate episcopi edificari nõ debet etiã si sit alicuius exemptus. de consec. distinc. i. nemo. ⁊. i. questione. ij. placuit. ⁊ in auẽ. de eccles. tit. §. si quis auẽ. col. ir. quod si fecerit episcopus ecclesiam ad suum dominium reuocabit vt hic patet: nisi abbas illã prescripsisset: vt. s. dicit. ⁊. xij. q. ij. apostolus.

k Non tenere. forte dicebat sniam latam contra absentem non contumacem: vnde nulla erat. iij. q. ir. omnia. ⁊. ff. de re iudi. contra pupillum: sed hoc non erat verum: ut ꝫ patet per finem: vbi confirmatur snia ꝓ pte.

l In vãnum ecclesie. xvj. q. vi. si epm. ⁊. ff. qñ ex fac. tuto. l. ob dolum vel culpam.

m De gratia duximus. Et sic beneficio restitutiõis admissum fuit monasterium ad exhibenda ꝓuilegia que omiserat. s. de in integ. restitu. auditis. ⁊ alijs pluribus capitulis: sed iure communi non admittere tur preterea illorum instrumẽtorum. ⁊ sibi imputet ꝙ omisit illa. s. de re iudi. inter monasterium. ⁊. c. suborta. tamẽ in causa appellatiõis bene audiretur de iure communi ad exhibitionem priuilegiorum: qa tunc possunt induci noua instrumenta: ⁊ noua exceptio opponi. s. de fide instru. cum Jo. ⁊ .C. senten. rescin. non posse. l. ij. ⁊. C. de tempo. appellati. per banc. ⁊ hic non fuit appellatum a sententia: quia si appellatum fuisset: non fuisset admissum monasteriuꝫ hac via. quãdiu enim competit ordinarium auxilium non datur extraordinariũ. ff. de mino. in cause. ij. in prin.

n Rasuras. in loco suspecto alias non obesset. s. de fide instru. ex litteris. s. de relig. do. cũ uenerabilis.

o Subscriptiones. ex hoc nõ deberet esse suspectuꝫ: qz quot sunt subscriptiones subscribentiuꝫ tot diuersitates scripturarum debent esse: ⁊ dissimilitudo debet esse. vt patet ipso facto ꝓ subscriptiones. vir enim possent esse similes. Quod singuli subscribere debeant: probatur. C. qui testa. fac. po. hac consultissima. sed reprobatuꝫ fuit hoc instrumentuꝫ ex eo ꝙ habebat rasuras in loco suspecto: ⁊ ꝙ falsum videbatur: qa scriptum aliud fuit exhibitum quod fuit eadem manu confectum ⁊ conscriptum. ⁊ ideo nõ fuit illi instrumento habita fides. sic. s. de excep. cum venerabilis.

p Jrritam ⁊ inanem. ex hoc patet: ꝙ lz snia per falsa instrumenta lata nulla est iterim. tamen quãdiu nõ constet de hoc habeꝫ aliqua. s. de fide instru.

q Prescripsisset. si allegasset prescriptionem nomine romane ecclesie. s. de prescrip. cum ex officij.

r Cum ipsi de bac. sed tantum de libertate ab episcopo concessa que si valuit ⁊ ita patet ꝙ lz sententia iudicis retractetur: non est presumendum ꝓpterea cõtra ipsum: ꝙ aliquid fecerit fraudulenter nisi in contrarium ꝓbaretur. ij. q. vj. hoc etiam placuit.

s Ad ius professionis. i. ad ius obedientie: vel fidelitatis quod est ꝓpriuz libertati. s. de simo. ne dei.

t In ceteris. s. quo ad expensas: ⁊ in restitutiõe marabanitorum: ⁊ in restitu-

